

Multi sunt qui signa et nomina gerunt hominum
quorum si quis mores aspexerit beluis bestiis
similes comparandos intelliget

... et inducat ac Georgium ... conservari ... pro eo et eius nomine
... stallo sibi in choro et voce in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignatis ...
... et obvenientibus universis integre respondeat et faciat ab aliis quantum in vobis fuerit plenarie
... aut eidem Georgio vel procuratori suo impedimentum aliquod quominus omnia et singula premissa sine
... procurare publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore Nos in vos omnes et singulos
... condicionis existant qui in premissis delinquerint ac mandatis et monitionibus nostris huiusmodi
... prout exnunc dicta canonica monitione premissa excommunicationis in capitulum vero dictarum Cracoviensis
... ecclesias Cracoviensis et Poznaniensis ac alias collegiatas interdicti ecclesiasticum
... obedientiam ... pontificalium dignitatum officiorum ... in hac parte Si contra premissa
... dictorum canonica monitione premissa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis Si vero huiusmodi
... vos exnunc prout extunc simili canonica monitione premissa in hiis scriptis suspendimus
... sequentes animis sustinueritis ut prefertur induratis Vos extunc prout exnunc et exnunc et ex
... et nichilominus contra vos prout fuerit qualitas exigent gravius procedemus **Ceterum**
... procedendi negociis personaliter interesse universis et singulis dominis Abbatibus Prioribus
... collegiatarum canonicis parrochialium ecclesiarum Rectoribus seu loca tenentibus eorundem
... notariis et tabellionibus et aliis ubilibet per civitates et dioceses Cracoviensis et Poznaniensis
... faciendi committimus tenore presentium plenarie vices nostras tamdiu donec eas ad nos duxerimus
... et peremptorie ipsis nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena
... non fecerint seu alterutrum fecerit ea que vos et eorum cuilibet in hac parte committimus et mandamus
... fuerint requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentem quem terminum eis et eorum cuilibet
... non expectet nec alter per alium se excuset ...
... vacabant vel ipsa vacaverit aut eo vacaverit quam quam quod dictus Georgius vel
... Georgio vel procuratori suo cum omnibus iuribus et pertinentiis suis supradictis conferant assignent
... et actualem possessionem canonicatus et prebende huiusmodi beneficii ...
... et mores est admitti faciant et procurent ... Georgio vel dicto suo procuratori pro eo et eius nomine
... universis integre respondeant et faciant ab aliis plenarie et integre ... et plenissimarum
... a sede apostolica nobis forma ... subdelegatum ... et generaliter omnia
... vel suspendendo aliquid immutare presumant In ceteris autem que dicto Georgio in aliquo nocere
... contingat nos super premissis in aliquo procedere de quo nobis potestatem ... reservamus
... et expressam in nostris literis fecerimus mentionem ... Prefatas quoque literas apostolicas et hunc nostrum
... seu quemvis alium contra ipsorum voluntatem quolibet detinere ... vero facere
... copiam fieri de premissis cum petentibus et habere debentibus petentium quidem sumptibus et expensis
... nobis vel superiori nostro tamen ... reservamus In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium
... eosdem fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus
... Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo Indictione decima ...
... secundo die mensis vicesima mensis Octobris hora ... vesperorum presentibus ... honorabilibus
... parrochialis ecclesie in ... et altarista ... ecclesie et aliis ...

67

Sepe et multum hoc mecum cogitaui.
boni ne an mali plus attulerit homibus
et ciuitatibus copia dicendi. ac summum
eloquentie studium. Nam et cum nostre reipubli-
ce detrimenta considero et maximarum ciuitatum. veteres animo
calamitates colligo. non minimam video per disertissimos
homines inuectam partem incommodorum. Cum autem res a nostra
memoria propter vetustatem remotas ex litterarum monumentis
repetere instituo. multas urbes constitutas. plurima bella
restincta. firmissimas societates. sanctissimas amicitias intelligo.
Tum animi ratione tum facilius eloquentia comparatas. Ac
me quidem diu cogitantem. ratio ipsa in hanc potissimum
sententiam duxit. ut existimem sapientiam sine eloquentia
parum prodesse ciuitatibus. eloquentiam vero sine sapientia nimium
obesse plerumque. prodesse numquam. Quare si quis
omissis rectissimis atque honestissimis studiis rationis et
officii consumit omnem operam in exercitatione dicendi.
is inutilis sibi. perniciosus patrie ciuis alitur. Qui vero
ita sese armat eloquentia ut non oppugnare commoda
patrie sed pro his pugnare possit. is michi vir et suis et
publicis rationibus utilissimus atque amicissimus ciuis fore videtur.
At si volumus huius rei que vocatur eloquentia siue artis
siue studii siue exercitationis cuiusdam siue facultatis a
natura profecte considerare principium. reperiemus id ex honestissimis
causis natum. atque optimis rationibus profectum. Nam fuit quoddam
tempus cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur.
et sibi victu ferino vitam propagabant. nec ratione animi
quicquam sed pleraque viribus corporis administrabant. Nondum
diuine religionis. non humani officii ratio colebatur. Nemo
nuptias viderat legitimas. non certos quisquam inspexerat liberos

Ouidius 2o libro fastorum
Vita feris similis nullos agitata per usus
artis adhuc expers et rude vulgus erat
pro domibus frondes norant pro frugibus herbas
nectar erat palmis hausta duabus aqua
nullus anhelabat sub adunco vomere taurus
nulla sub imperio terra colentis erat
nullus adhuc erat usus equi. se quisque ferebat

Rhetorica M. T. Ciceronis
et Libri de officiis

non ius equabile quid utilitatis haberet acceperat. Ita propter er-
rorem atque inscienciam ceca ac temeraria dominatrix animi
cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur
perniciosissimis satellitibus. Quo tempore quidam magnus videlicet
vir et sapiens cognovit que materia esset et quanta ad maximas
res opportunitas animis inesset hominum si quis eam posset elicere
et precipiendo meliorem reddere. Qui dispersos homines in
agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam compulit
et in unum locum congregavit et eos in unamquamque rem inducens
utilem atque honestam primo propter insolenciam reclamantes
deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes ex feris
et inhumanibus mites reddidit et mansuetos. Ac michi
quidem videtur hoc nec tacita nec inops dicendi sapiencia per-
ficere potuisse ut homines a consuetudine subito converteret et
ad diversas narrationes vite traduceret. Age vero urbibus
constitutis ut fidem colere et iusticiam retinere discerent et aliis
parere sua voluntate consuescerent ac non modo labores exci-
piendos communis commodi causa sed eciam vitam amittendam
existimarent qui tandem fieri potuit nisi homines ea que ratione
invenissent eloquencia persuadere potuissent. Profecto nemo
nisi gravi ac suavi commotus oratione cum viribus plurimum posset
ad ius voluisset sine vi descendere ut inter quos posset excellere
cum hiis se pateretur equari et sua voluntate a iocundissima con-
suetudine recedere que presertim iam nature vim obtineret
propter vetustatem. Ac primo quidem sic et nata et progressa longius
eloquencia videtur et item postea maximis in rebus pacis et belli-
cum summis hominum utilitatibus esse versata. Postquam vero commo-
ditas quedam prava virtutis imitatrix sine ratione officii dicen-
di copiam consecuta est tum ingenio freta malicia per-
vertere urbes et vitam hominum labefactari consuevit. Atque huius
quoque exordium mali quoniam principium boni diximus explicemus.
Verisimillimum mihi videtur quodam tempore neque in publicis rebus
infantes et insipientes homines solitos esse versari nec vero
ad privatas causas magnos ac disertos homines accedere set
cum a summis viris maxime res administrarent arbitror

alios fuisse non incallidos homines. qui ad privatas controversias
privatorum accederat; Quibus in controversiis tum sepe me-
dacio contra verum stare homines consuescerent. dicendi assi-
duitas aluit audaciam. ut necessario superiores illi propter
iniurias civium resistere audacibus et opitulari suis
quisque necessariis cogerent; Itaque cum in dicendo sepe
par nonnumquam et superior visus esset. is qui omisso stu-
dio sapientie nichil sibi preter eloquentiam comparasset. fiebat.
ut et multitudinis et suo iudicio dignus qui rem publicam
gereret videretur; Hinc nimirum non iniuria cum ad gu-
bernacula rei publice temerarii ac audaces homines acces-
serant maxima atque miserrima naufragia fiebant;
Quibus rebus tantum odii atque invidie suscepit eloquentia.
ut homines ingeniosissimi quasi ex aliqua turbida tempestate
in portum. sic ex sediciosa ac tumultuosa vita
se in studium aliquod traderent quietum; Quare mihi
videntur postea cetera studia recta atque honesta per otium
concelebrata ab optimis enituisse. hoc vero a plerisque eorum de-
sertum absoluisse. eo tempore quo multo vehementius erat
retinendum et studiosius adaugendum; Nam quo indignius
rem honestissimam et rectissimam violabat stultorum et im-
proborum temeritas et audacia summo cum rei publice de-
trimento. eo studiosius et illis resistendum fuit et rei
publice consulendum; Quod nostrum illum catthonem non
fugit. atque neque ilelium. neque eorum ut vere dicam di-
scipulum affricanum. neque Gnacos affricani nepotes
quibus in omnibus erat summa virtus et summa virtute ampli-
ficata autoritas. que et hiis rebus ornamento. et
rei publice presidio esset eloquentia; Quare in eo quidem
animo nichilominus eloquentie studendum est. et si ea quidam
privatim et publice abutuntur. pro usu. sed eo vehementius
ne mali magno cum detrimento bonorum et communi omnium
pernicie plurimum possint presertim cum unum sit. quod ad

omes res 7 puatas 7 publicas maxie ptineat.
hec tuta. h honesta. h illustris h eadem vita
iocunda fuit; Na hinc ad rempublicam plima
comoda veniut. si moderatx omm rex psto e
sapia. hinc ad ipos qui ea adepti sut. laus. ho
nos dignitas cfluit; hinc amicis qz eox ctissim
7 tutissim. psidiu cpat; Ac m quide videntr hoies.
cu mltis rebz huiliores 7 infirmiores sint. hac re
maxie bestiis prestant q loqui pnt; Quare
m pclax vir quiddam adeptus is. qui qua m re
hoies bestiis pstent ea i re hoibz ipis antecellat;
Hoc sic forte no na m neqz exercitatione cficitur
vmetia artificio qda compat. no alienu e vide
qui dicat hii. qui qda eius pcepta rei nob reli
querit; Set an qm de pcepts oratoriis dicam
vir dm de gne ipius artis. de officio. de fine. de
ma. de partibz Nam his rebz cognitis facilius
7 expeditius ai vniuscuiqz ipaz com ac viam artis
csidare potit
Civilis qd ro est. que mltis 7 magnis ex rebz
cstat; Eius q mag 7 ampla ps e artificiosa elo
quecia qua rethoricam vocant; Na nz cu his sentim
qui civile sciam eloqncia no putat indige. 7 ab
his q putat ea omne. rethoris vi 7 artificio ctinei.
magnope dissentim; Quae hac oratoria facultate
i eo gne ponem ut ea civilis sciie pte ee dicam;
Officiu at ei facultatis vir ee, dice apposite ad p
suasione; Finis. psuade dictoe; Int offim at et
fine hoc interest. q i offio qd f. i fine. qd officio
cuemat csidat; vt medici offim dicim ee. cure
ad sanandu apposite. fine. sanare curatione Item

oratoris officium et quid finem esse dicamus. intelligitur cum
id quod facere debet officium esse dicimus; illud cuius causa facere
debet finem appellabimus; Materiam artis eam dicimus
in qua omnis ars et ea facultas que conficitur ex arte
versatur; ut si medicine materiam dicamus morbos et vulnera
quod in hiis omnis medicina versatur Item quibus in rebus
versatur ars et facultas oratoria eas res materiam artis
nominamus rethorice; has autem res alii plures. alii pau-
ciores existimaverunt; Nam Gorgias leontinus anti-
quissimus fere rethor. omnibus de rebus oratorem posse dicere
existimavit; hic infinitam et immensam huic artificio
materiam subicere videtur Aristotiles autem qui huic arti pluri-
ma adiumenta atque ornamenta subministravit. tribus
in generibus rerum versari rethoris officium putavit. demon-
strativo. deliberativo. iudiciali Demonstrativum est quod
tribuit in aliquam certe persone laudem aut vituperationem
Deliberativum est quod positum in disceptatione aliqua. vel con-
sultatione civili. habet in se sententie dictionem; Iudiciale. quod
positum in iudicio habet in se accusationem et defensionem.
aut petitionem aut recusationem Et quemadmodum nostra quidem fert
opinio oratoris ars et facultas. in hac parte tri-
partita versari existimanda est; Nam hermagoras
quidem. nec quid dicat attendere nec quid polliceatur intelligere
videtur qui oratoris materiam in causam et questionem dividit;
Causam esse dicit rem que habeat in se controversiam in di-
cendo positam. cum certarum personarum interpositione. quam nos
quoque oratori dicimus esse attributam; nam et cause tres
quas ante diximus partes supponimus iudicialem demonstrativam
deliberativam Questionem autem eam appellat. que habet con-
troversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione ad
hunc modum ut quid sit bonum in vita preter honestatem. veri
ne sint sensus; Que sit mundi forma; Que sit solis

Demonstrativum i. quod cuiusque ve(?) mittit in laudem et vituperacionem. quod cum latum genus esse potest sane quia varium unum ex eo delegimus quod ad laudandum claros viros sufficere poterimus et ad improbos vituperandos
Deliberativum in quo de quibusdam utilitatibus vite. quid aut debeat aut non debeat fieri tractatur. in quoque tale consultacionem habent suasoriis et dissuasoriis. de faciendo et non faciendo. in pluribus dando. prima quoque dda(?).

magnitudo; Quas questiones procul ab oratoris officio re-
motas facile omnes intelligere existimamus; Nam quibus in
rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore con-
sumpta intelligimus eas sicut parvas res oratori attribuere
magna amentia videtur; Quod si magnam in hiis hermagoras
habuisset facultatem studio et disciplina comparatam vi-
deretur fretus sua sciencia falsum quiddam constituisse de
oratoris officio et non quid ars sed quid ipse posset expo-
suisse; Nunc vero ea vis est in homine ut ei multo re-
thoricam citius ademerit quam philosophiam concessit; Neque eo
quia eius ars quam edidit michi mendosissime scripta vi-
deatur Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniose
ac diligenter electas res collocasse; et non nichil ipse quoque
novi protulisse; verum oratori minimum est de ea re loqui
quod hic fecit; multo maximum ex arte dicere quod eum mini-
me potuisse omnes videmus; Quare materia quidem nobis
artis rethorice videtur. quam aristotili visam esse diximus;
Partes autem hee quas plerique dixerunt; inventio dis-
positio. elocutio. memoria. pronunciatio; Inventio est
excogitatio rerum verarum aut verisimilium que causam probabilem
reddant; Dispositio est. rerum inventarum in ordine distri-
butio Elocutio est. idoneorum verborum et sententiarum ad inventio-
nem accomodatio; Memoria est. firma animi rerum ac verborum.
ad inventionem perceptio; Pronunciatio est. ex rerum et verborum di-
gnitate. vocis et corporis moderatio; Nunc hiis rebus breviter
constitutis. eas rationes quibus ostendere possimus genus et finem et
officium huius artis aliud in tempus differemus; Nam et multorum
verborum indigent. et non tantopere ad artis descriptionem et pre-
cepta tradenda pertinent; Eum autem qui artem rethoricam
scribit duabus reliquis rebus de materia artis ac partibus
scribere oportere existimamus Ac michi quidem coniuncte agendum
videtur de materia ac partibus; Quare inventio que princeps est
omnium partium potissimum in omni causarum genere qualis debeat esse consideretur

Omnis res q̄ h₃ ī se pοītā · ī dictōe a dispōsi
tōne aliquā ↄtuersiā · a' fti a' nois a' gnis a' acti-
onis ↄtinet q̄stione · Eam g̃ q̄onē ex q̄ cā nasci-
ↄstitucōm appellam' ; Constitutio ē · pm' ↄflict' caz
ex depulsione intencōis pfecta · h̃c m̄ · fecisti · n̄ feci ·
aut iure feci ; Cū fti ↄtrouⁱsia ē q̃m ↄiectis cā
fmat · ↄstitucio ↄiecturalis appellat' Cū aūt nois · q̃a
vis vocabli diffinienda v̄bis ē ; cōstitutiō diffinti-
ua noīat' ; Cū v' q̄lis sit res querit' · q̃z ꝛ de vi ꝛ
de gnē ↄtūsia negocii ē · ↄstitucō gnalis vocat' ;
At cū cā ex eo pendꝫ q̄d nō a' is agē v̄r q̄ optet ·
a' nō apud quos · q̄ tpe · qua lege · q̄ crīie q̄ pena · oꝫ
trāslatiua dici ↄstitucio · q̃z actio trāslacōe ꝛ ↄmutacōis
indigē v̄r atꝫ haꝝ aliquē · ī omē cause gen' icidē
n̄ce est ; Nā in quā reꝫ nō incidit · ī ea m̄l potit
eē ↄtūsie Quare eā n̄c cam q̄dē ↄuenit putari ;
At fti quidē ↄtuersia in oīa tpa pt distbui Nam
q̄d ftm sit · pt queri h̃c m̄ ; occidit ne ayatem ·
vlixes ; Et quid fiet · h̃ m̄ ; Bono ne aīo sint erga
ppłm romanū fregellani ; Et q̄d futuꝝ sit · h̃c m̄ ;
Si carthaginem reliquerim' icolumem · nū q̄d sit
icomodi ad reꝫ publicā puentuꝝ ; Nois ē ↄtuersia ·
cū defecto ↄuenit ꝛ q̄rit' id q̄d ftm ē q̃ noīe appellet'
Quo in gnē n̄ce ē · iō nois eē ↄtuersiā q̄d de re ipā
nō ↄuenit nō q̃ de fctō nō ↄstat s̃ q̄ id ftm sit ·
aliud aliī videa' esse · ꝛ iccirco aliꝫ aliō noīe id appel-
lat ; Quaē in hꝫ gnībꝫ diffinienda res erit v̄bis · ꝛ
breuit' desc̄benda vt siquis sacrū ex pͥuato subripu-
erit · vtrū fur an sacleg' iudicand' sit ; Nā cū id
q̄rit' n̄ce erit diffinīē vtrūqꝫ · q̄d sit fur · q̄d sacleg'
ꝛ sua desc̄ptōe ondē alio nomine illam rem de qua
agit' appellāi oportē atꝫ adu'sari Sit unt

Generis est controversia cum et quid factum sit convenit convenit
et quo id factum nomine appellari oporteat constat et tamen
quantum et cuiusmodi et omnino quale sit queritur. hoc modo: iustum
an iniustum, utile an inutile et omnia in quibus quale sit id
quod factum est queritur sine ulla nominis controversia. Huic generi
Hermagoras partes quattuor supposuit: deliberativam, demo-
strativam, negocialem, iuridicialem. Quod eius ut nos putamus non
mediocre peccatum reprehendendum videtur. Verum breviter, ne aut si taci-
ti preterierimus sine causa non secuti eum putemur; aut si
diucius in hoc constiterimus moram atque impedimentum reliquis
preceptis intulisse videamur. Si deliberacio et demonstracio genera
sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis cause putari. Ea-
dem enim res alii genus esse, alii pars potest; eidem genus esse
et pars non potest. Deliberacio autem et demonstracio genera sunt causarum.
nam aut nullum genus cause est aut iudiciale solum aut et iu-
diciale et demonstrativum et deliberativum. Nullum dicere genus
cause esse, cum causas multas esse dicat et in eas precepta
det, amencia est. Unum autem iudiciale solum esse qui potest,
cum deliberacio et demonstracio neque ipse inter se similes sint et
a iudiciali genere plurimum dissideant et suum quaeque finem
habeant quo referri debeat? [b] Deliberacio igitur et demonstracio non
possunt recte alicuius generis esse putari. [a] Relinquitur igitur ut omnia
tria genera sint causarum. Deliberacio igitur [illegible] Male igitur eas
generalis constitucionis partes esse dixit. Quod si generis cause
partes non possunt recte putari, multo minus recte partis cause
partes putabuntur. Pars autem cause est omnis constitucio. Non
enim causa ad constitucionem, sed constitucio ad causam accommodatur.
Sed demonstracio et deliberacio generis cause partes non possunt recte
putari eo quod ipsa sunt genera; multo igitur minus recte partes
eius quam hic dicit partes putabuntur. Deinde si constitucio et ipsa
et pars eius quelibet intencionis depulsio est, que intencionis depul-
sio non est, ea nec est constitucio nec pars constitucionis est. At
si que intencionis depulsio non est ea nec constitucio nec pars con-
stitucionis est. Si igitur constitucio et ipsa et pars eius intencionis

depulsio est. deliberatio et demonstratio neque constitutio neque pars consti-
tutionis est. placeat autem ipsi constitutioni intentionem depulsionem
esse placeat oportet demonstrationem et deliberationem non esse consti-
tutionem neque partem constitutionis. aliter hoc eodem urgebitur sive consti-
tutionem primam cause accusatoris confirmationem dixerit sive de-
fensoris primam deprecationem. Nam cum eadem omnia incommoda se-
quuntur. Deinde coniecturalis causa non potest simul ex eadem parte eodem
in genere et coniecturalis esse et diffinitiva. Rursum non dissimili
causa potest simul ex eadem parte eodem in genere et diffinitiva esse et trans-
lativa. Et omnino nulla constitutio nec pars constitutionis potest simul
et suam habere et alterius in se vim continere. Ideo quod unaqueque
ex se et ex sua natura simpliciter consideratur. altera assumpta numerus con-
stitutionum duplicatur non vis constitutionis augetur. At
deliberativa causa simul ex eadem parte eodem in genere et coniecturalem
et generalem et diffinitivam et translativam solet habere constitutionem
et unam aliquando et plures nonnumquam. Ergo ipsa neque constitu-
tio est neque pars constitutionis. Idem in demonstratione solet usu
evenire. Genera igitur ut ante diximus hec causarum putanda
sunt non partes constitutionis alicuius. Hec igitur constitutio quam
generalem nominamus partes videtur nobis duas habere iuridicialem
et negotialem. Iuridicialis est in qua equi et recti natura
aut premii aut pene ratio queritur. Negotialis est in qua
quid iuris ex civili more et equitate sit consideratur. Cui dilige-
tie preesse apud nos iurisconsulti existimantur. At iuris-
dicialis quidem et ipsa in duas distribuitur partes absolutam
et assumptivam. Absoluta est que ipsa in se continet iuris
et iniurie questionem. Assumptiva est que ipsa ex se nichil
dat firmi ad recusationem. foris autem aliquid defensionis
assumit. Cuius partes sunt quatuor concessio remotio criminis rela-
tio criminis comparatio. Concessio est cum reus non id
quod factum est defendit sed ut ignoscatur postulat. hec in
duas partes dividitur purgationem et deprecationem. Purgatio est
cum factum conceditur culpa removetur. Hec habet tres partes

imprudentia. casu. necessitate; Deprecatio est. cum peccasse
et consulto peccasse reus se confitetur. et tamen ut ignoscatur
postulat quod genus raro potest accidere; Remotio criminis est.
cum id crimen. quod infertur. ab se et ab sua culpa. vi
et potestate in alium reus removere conatur; Id dupliciter fieri
poterit. si aut causa aut factum in alium transferetur; Causa transfertur
cum aliena dicitur vi et potestate factum; factum autem. cum alius
aut debuisse aut potuisse facere dicitur; Relatio criminis est.
cum ideo iure factum dicitur quia aliquis ante iniuria lacessierit;
Comparatio est. cum aliud factum alicuius rectum aut utile. contenditur.
quod ut fieret illud quod arguitur dicitur esse commissum
In quarta constitutione quam translativam nominamus. eius constitutionis
est controversia. cum aut quem. aut quicum. aut quo modo. aut
apud quos. aut quo iure aut quo tempore agere oporteat. quaeritur.
aut omnino aliquid de commutatione. aut infirmatione actionis agitur
Huius constitutionis hermagoras inventor esse existimatur
Non quo non usi sint ea veteres oratores saepe multi.
sed quia non animadverterunt artis scriptores eam superiores.
nec rettulerunt in numerum constitutionum; Post autem ab eo
iam inventam multi reprehenderunt. quos non tam imprudentia
falli putamus. res enim perspicua est. quam invidia atque ob
trectatione quadam impediri; Et constitutiones quidem et earum
partes exposuimus; Exempla autem cuiusque generis. tum commodius ex
posita videmus. cum in unumquodque eorum. argumentorum
copiam dabimus; Nam argumentandi ratio lucidior erit. cum
et ad genus. et ad exemplum causae. statim poterit accommodari;
Constitutione causae reperta statim placet considerare utrum
sit causa simplex. an iuncta; Et si iuncta erit utrum sit
ex pluribus quaestionibus iuncta. an ex aliqua comparatione; Simplex
est. quae absolutam in se continet unam quaestionem. hoc modo
Corinthiis bellum indicamus an non; Coniuncta ex pluribus

ꝯonib; e. in q̄ plura queru'. hoc m° Utr̄ carthago
diruat'. an carthaginesib; reddat'. an eo colonia
deducat'; Ex comparac. in qua p' ꝯtentoꝫ. utrū
potius an quid potissimū sit. ꝗrit'. ad hūc modū
Utr̄ exercit' in macedonia ꝯ philippū mittat'. qui
sociis sit auxi°. an teneat' in ytalia. ut q̄m ma-
xime ꝯt' hannibalē. copie sint; Deīn ꝯsidandū
ī rōne an in scripto sit ꝯtrouersia. Nā scripti ꝯtrouersia
ē ea. q̄ ex scripto gn̄e nascit'. eius aūt gn̄a q̄ sepa-
rata sūt. a ꝯstitucoīb; q̄nq; sūt. nā tū ipa vba
vident' cū snīa scriptoris dissidē. tū int' se due leges
aut plures discrepāe. tū id qd' scriptū ē. duas a' plu-
res res significāe. tū ex eo qd' scriptū ē aliud qd'
qd' scriptū nō ē. īueniri. tū vis vbi q. in diffinitiua
ꝯstitucoe in q' posita sit q̄ri; Quare p'm' gen'. de scri-
pto ⁊ snīa. scdm. ex ꝯtrariis legib;; Terciū ambiguū;
Quartū racinatiuū; Quintū diffinitiuū. noīa; Racio
aut' ē. cū oīs oracio ul' q̄stio nō in scriptōne. s; ī aliq̄
argumētatoe ꝯsistit. ac tū ꝯsidato gn̄e cause. co-
gnita ꝯstitucone. tū sim'l. an ꝯiuncta sit itellexis.
⁊ scripti an rōis h'eat ꝯtrouersiam videre. deinceps erit
videndū q̄ q̄stio. q̄ rō. que iudicacio. qd' firmamētū
cause sit q̄ oīa a ꝯstitucoe pficiscāt'. oꝫ; Questio
ē ea q̄ ex ꝯflictioe caꝝ gignit' ꝯtrouersia. hoc modo
Non iure fecisti. iure feci; Causaꝝ h' ē ꝯflictio. in
qua ꝯstitucio ꝯstat. ex ea q' nascit' ꝯtrouersia. quā
q̄stionē dicim'. hoc m°. iure ne fecit; Rō ē ea. q̄
ꝯtinet causā. q̄ si sublata sit. nichil in ca ꝯtrouersie relinqt'.
hoc m°. ut docendi cā. in facili. ⁊ p'uulgato exemplo.

ꝯsistam⁹/ Horestes si accuset matricidii. nisi hoc
dicat. iure feci. illa em̄ prem meū occiderat/ nō
hꝫ defensionē. Qua sublata. oīs ꝯtrouersia qꝫ sublata
ē/ Ergo eius cause rō ē. q illa agamenonem
occidit/ Judicatio ē. q ex infirmatōe ⁊ ꝯfirmatōe rōis
nascit ꝯtrouersia/ Nā sit ea nob̄ exposita. quā paulo
añ exposuim⁹. illa n. inquit prem meū occiderat/ At
vo inquit aduersari⁹. abs te filio mrē necari oportuit.
Potuit. n. sine tuo scelē illi⁹ factū puniri/ Ex hac
deductōe rōis illa summa nascit ꝯtrouersia. quā iudica-
toꝝ appellam⁹/ Ea ē huiusmodi/ Rectū ne fuit ab hore-
ste mrem occidi. cū illa horestis prem occidisset. Fir-
mamentū ē. firmissima argumentatio defensoris. ac aptissima
ad iudicatoꝝ. ut si velit horestes dicē. eiusmodi aīm
fuisse mris sue in prem suū. in seipm. ac sorores.
in regnū. in famā gn̄is. ac familie. ut ab ea penas
liberi sui potissimū petē debuerint/ Et in ceteris ꝯsti-
tutoīb. ad hunc modū iudicatōes repiant/ In con-
iecturali aut ꝯstitutōne. qr rō nō est. factū nō ꝯcedit.
nō pt ex deductione rōis iudicatio nasci/ Quare.
nēce ē eandē ēē qōnē ⁊ iudicatoꝝ. factū ē. factū nō
ē. factū ne id sit Quot aut ꝯstitucōes in cā aut eaꝝ
ptes erunt. totidē nēce erit qōnes. rōnes. iudicatōes.
firmamenta. repiri/ His oībus in cā repertis. tū demūqꝫ
singule ptes tocius ēē ꝯsiderande/ Nā nō ut quicquid
dicendū pmū. ita pmū animaduertendū videt. io qr pa
q pmū dr. si vehement velis ꝯgruē ⁊ coherere cū
causa. ex his ducas oꝫ. q post dicenda sunt/ Quare.
cū iudicatio ⁊ ea q ad iudicatoꝝ oꝫ argumenta inueniri

diligent' erut artificio repta cura z cogitacone
pfctata . tu demqz ordinade sut cete ptes oro ;
Hee ptes . sex esse oio . nob videnť ; Exordium .
Narraco . particio . ɔfinnaco . rephensio . ɔclusio ;
Nuc qm exordiu pnceps om dz ee . nos qz pm
m rom exordiandi . pcepta dabimus
Exordiu e . oro . aim auditor idonee ɔparns .
ad reliqua dicdoz ; Qd eueniat . si eu bon
volu attentu . docilem fecit ; Quare q bn exordiri
cam volet eu nece e . gen' sue cause . diligent' an
cognosce . Gna caz sut qnqz . honestu . admirabile . humile .
anceps . obscuru ; Honestu cause gen' e . cui stati
sn orone nra fauet aio auditore ; Admirabile e .
a quo e alienat' aius eoz q audituri sut ; Humile . qd
negligit' ab auditore z magnope attendedum no vr ;
Anceps . in quo iudicacio ul dubia e . ul ca . z honestat'
z turpitudinis pticeps ut z beniuolenciam pariet z offensi-
one ; Obscuru in quo aut tardi auditores sut ul diffi-
cilioribz ad cognoscendu negociis . ca implicata est ;
Quare cu ita diuisa sut gna caz . exordiri qz dis-
pari rone in vnoquoqz gne nece e ; Ideo exordiu
in duas ptes diuidit' . in pncipiu z insinuacoz
Pncipiu e oro psspicue z ptin' pficiens auditore bei-
uolu docilem z attentu ; Insinuatio e . oro quada
dissimulacoe z circuicione obscura subiens auditore
aim ; In admirabili gne cause . si no oio infesti au-
ditores erut . pno beniuolenciam compare licebit
Sin erut vehemt' alienati . confuge nece erit

ad insinuacoz; Nã ab iratis si pspicue pax et
beniuolencia appetit. nõ m ea nõ iuenit. s3 au-
getr potius. atz iflammat odiu; In humili at gne
cause contemptois tollende cã. necce est. attentu
effice auditore; Anceps gen cae. si dubia iudica-
com habebit. ab ipa iudicatoe exordiundu e; Sin
at ptem tpitudinis ptem honestatis habebit. beniuo-
lencia captare oportebit. ut i gen honestu. cã
trãslata videat; Cum at erit honestu cause gen
preterii pncim potit. vel si comodu fuit. a narr-
racon icipiem. a lege. a ab aliq firmissia ratione
nre dictionis. Sin. uti pncio placebit. beniuole-
ne ptib utendu est. ut id quod e augeat; In
obscto cause gne. p pncim dociles auditores effice
oportebit; Nunc qm qs res exordio efficere oporteat
dictu e. reliquum e ut ostendat quibz quocz
ronibz res confici possit;

Beniuolencia qtuor ex locis copat. ab nrã.
ab adusariorz. ab iudicu psonis. ab causa
Ab nra. si de nris factis et officiis. sn arrogantia
dicem; Si crimina illata et aliqs minus honestas
suspicoes iniectas diluem. si que incomoda acci-
derint. a q instent difficultates. pferem. si pce et ob-
secratione humili. ac supplici utem; Ab adusariorz
at si eos a in odiu. a in inuidia a i contemptioz.
adducem; In odiu ducet. siqd eorz spurce. supbe.
crudelit maliciose fcm pferet; In iudia si vis
eorz potencia diuicie cognacio pecunie pfert atz eorz
usus. arrogans et intolerabilis. ut his rebz magis

videantur quam cause sue confidere; In contemptionem
adducentur. si eorum inercia. negligencia. ignavia.
desidiosum studium proferetur. et luxuriosum ocium proferetur;
Ab auditorum persona benivolencia captabitur. si res
ab hiis fortiter. sapienter. mansuete. geste proferentur.
ut ne qua assentatio nimia significetur. et si
de hiis quam honesta existimatio. quantaque eorum
iudicii. et auctoritatis expectatio sit. ostendetur;
Ab rebus ipsis. si nostram causam. laudando.
extollemus. adversariorum causam per contemptionem de-
primemus; Attentos autem faciemus si demonstrabimus ea
que dicturi erimus. magna. nova. incredibilia.
esse aut ad omnes. aut ad eos qui audient. aut ad
aliquos illustres homines aut ad deos immortales.
aut ad summam rem publicam pertinere; Et si polli-
cebimur nos breviter nostram causam demonstraturos atque
exponemus iudicationem. aut iudicationes si plures
erunt; Dociles auditores faciemus si aperte et bre-
viter summam cause exponemus. hoc est. in quo consistat
controversia; Nam et cum docilem velis facere simul
attentum facias oportet; Nam is maxime docilis
est. qui attentissime est paratus audire; Nunc
insinuationes quemadmodum tractari conveniat deinceps
dicendum videtur; Insinuatione igitur utendum est. cum
admirabile genus cause est. hoc est ut ante diximus
cum auditoris animus infestus est; Id autem tribus ex
causis fit maxime si aut inest in ipsa causa quedam
turpitudo. aut ab hiis qui ante dixerunt iam quiddam
auditori persuasum videtur; aut si eo tempore locus dicendi

dat. cum iam illi qui audiunt oratores defessi sunt audiendo; Nam ex hac quae re. non minus quam ex
primis duabus in oratione nonnumquam animus auditoris offenditur; Si causae turpitudo contrahet
offensionem. aut pro eo homine in quo offenditur. alium hominem qui diligitur interponi oportet; aut pro re in qua
offenditur aliam rem quae probatur. pro re hominem
aut pro homine rem. ut ab eo quod odit ad id quod
diligit auditoris animus traducatur. et simulare
id te defensurum. quod existimeris defensurus; Deinde cum iam mitior factus erit auditor.
ingredi pedetemptim in defensionem. et dicere
ea quae indignentur adversarii. tibi quoque indigna videri; Deinde cum lenieris eum qui audiet. demonstrare nihil eorum pertinere et negare te quicquam de
adversariis esse dicturum. neque hoc neque illud.
ut neque aperte laedas eos. qui diliguntur. et tamen id
obscure faciens quoad possis alienes ab eis
auditorum voluntatem. et aliquorum iudicium simili de
re. aut auctoritatem proferre imitatione dignam.
deinde eandem aut consimilem maiorem aut minorem agi
rem in praesentia demonstrare Sin oratio adversariorum
fidem videtur auditoribus fecisse. id quod ei qui intelligit
quibus rebus fides fiat facile erit cognitu. oportet
aut de eo quod adversarii sibi firmissimum putarint.
et maxime hi qui audient probarint. primum te
dicturum polliceri aut ab adversarii dicto exordiri.
et ab eo potissimum. quod ille nuperrime dixit.
aut dubitatione uti quid primum dicas. aut cui potissimum

loco videatur. tum admiratione. Nam auditor cum
eum quem adversarius putat perturbatum oratione videt animo
firmissimo contradicere paratum. plerumque se potius temere assen-
sisse quam illum sine causa confidere arbitratur. Sin auditorum
studium defatigatio abalienavit a causa te brevius quam
paratus fueris esse dicturum commodum est polliceri. et non immi-
taturum adversarium. Sin res dabit non inutile est ab
aliqua re nova aut ridicula incipere aut ex eo tempore que
nata sit. quod genus strepitu aut acclamatione possimus
dicere. aut iam parata quam vel apologum vel fabulam vel
aliquam contineat irrisionem. aut si rei dignitas iocandi
adimat facultatem. aliquid triste novum horribile sta-
tim non incommodum est inicere. Nam ut cibi sacietas
et fastidium aut subamara aliqua re relevatur. aut dulci
mitigatur. sic animus defessus audiendo. aut admira-
tione integratur aut risu renovatur. Ac separatim quidem
que de principio et de insinuatione dicenda videbantur hec
fere sunt. Nunc quiddam breviter et communiter de utroque
precipiendum videtur

Exordium sententiarum et gravitatis plurimum debet habere. et
omnino omnia que pertinent ad dignitatem in se
continere. propterea quod id optime faciendum est. quod oratorem
auditori maxime commendat. Splendoris et festivitatis
et concinnitudinis minimum propterea quod ex his suspicio
quedam apparationis atque artificiose diligentie nascatur
que maxime orationi fidem. oratori adimit auctoritatem.
Vicia vero hec certissima sunt exordiorum que summopere vi-
tari oportebit. vulgare. commune. commutabile. longum
separatum. translatum. contra precepta. Vulgare est. quod in

plures causas potest accomodari ut convenire videatur Com-
mune est quod nichilo magis huic quam contrariae parti cause
potest convenire. Comutabile est quod ab adversario potest
leviter mutatum ex contraria parte dici. Longum est
quod pluribus verbis aut sententiis ultra quam satis est producitur.
Separatum quod non ex ipsa causa ductum est nec sicut aliquod
membrum annexum orationi. Translatum est quod aliud
conficiat quam cause genus postulat ut si quis docilem
faciat auditorem cum benivolentiam causa desiderat aut
si principio utatur cum insinuacionem res postulat. Con-
tra precepta est quod nichil eorum efficiat quorum causa de exordi-
is precepta traduntur hoc est quod eum qui audit neque
benivolum neque attentum neque docilem efficiat aut quo
nichil profecto peius est ut contra sit faciat. Ac
de exordio quidem satis dictum est.

Narratio est rerum gestarum aut ut gestarum ex-
posicio. Narracionum genera tria sunt. Unum genus
est in quo ipsa causa et omnis ratio controversie continetur.
Alterum in quo digressio aliqua extra causam aut criminacionis
aut similitudinis aut delectacionis non aliene ab eo nego-
cio de quo agitur aut amplificacionis causa interponitur. Tercium
genus est remotum a civilibus causis quod delectacionis causa
non inutili cum exercitacione dicitur et scribitur. Eius partes
sunt due quarum altera in negociis altera in personis
maxime versatur. Ea que in negociorum exposicione
posita est tres habet partes fabulam historiam argu-
mentum. Fabula est in qua nec vere nec verisimiles
res continentur. Cuius modi sunt angues ingentes
alites iuncti iugo. Historia est res gesta ab

ab etatis nostre memoria remota. Quod genus est historia. Appi-
us indixit cartaginensibus bellum. Argumentum est ficta
res que tamen fieri potuit. huiusmodi aput Terencium.
Nam is postquam discessit ex ephebis zoziam. Illa
autem narratio que versatur in personis eiusmodi est ut in
ea simul cum rebus ipsis personarum sermones et animi perspici
possint hoc modo. Venit ad me sepe clamitans. quid agis
micio? cur perdis adolescentem nobis? cur amat? cur
potat? cur in his rebus sumptus suggeris. vestitu
nimio indulges. Nimium ineptus est. nimium ipse
est durus. preter equum et bonum. Hoc in genere narrationis
multa debet inesse festivitas. confecta ex rerum varietate.
animorum dissimilitudine. gravitate. lenitate. spe metu
suspicione. desiderio. dissimulatione. errore. misericordia.
fortune commutatione. insperato incommodo. subita
leticia. iocundo exitu rerum. Verum hec ex hiis que postea
de elocutione precipiantur ornamenta. sumuntur.
Nunc de narratione ea que cause continet expositionem dicendum videtur.
Oportet igitur eam tres habere res. ut brevis. ut ap-
ta. ut probabilis sit. Brevis erit. si unde necesse est inde
inicium sumetur. et non ab ultimo repetetur et si cuius rei sa-
tis erit summam dixisse eius partes non dicentur. Nam sepe
satis est quod factum sit dicere ut non enarres quemadmodum
sit factum. Et si non longius quam quod scitu opus est in nar-
rando procedetur. et si nullam in rem aliam transibitur.
et si ita dicetur ut nonnumquam ex eo quod dictum sit.
id quod dictum non sit intelligatur. et si non modo id quod obest

universam id quod non obest nec adiuvat preterire. Et si
semel unumquodque dicetur. et si non ab eo in quo proxime
desitum erit. deinceps incipietur. Ac multos decipit
imitatio brevitatis ut cum se breves putant esse. lon-
gissimi sint. cum dent operam ut res multas brevi
dicant. non ut omnino paucas res dicant. et non plures quam
necesse sit. Nam plerique breviter videntur dicere qui ita dicunt.
accessi ad edes. puerum evocavi. respondit. quesivi
dominum. domi negavit esse. Hic tametsi tot res
brevius non potuit dicere tamen quia satis fuit dixisse domi
negavit esse. fit rerum multitudine longus. Quare hoc quoque
in genere vitanda est brevitatis imitatio et non minus
rerum non necessariarum quam verborum multitudine supersedendum est.
Aperta autem narratio poterit esse. si ut quidque primum ge-
stum erit ita primum exponemus et rerum ac temporum ordinem servabimus
ut ita narremus ut geste res erunt aut ut potuisse
geri videbuntur. Hic erit considerandum nequid perturbate
nequid contorte dicatur ne quam in aliam rem transe-
atur. ne ab ultimo repetatur. ne ad extremum prodeatur.
nequid quod ad rem pertineat pretereatur. et omnia que prece-
pta de brevitate sunt hec quoque in genere sunt conservanda
Nam sepe res parum esse intellecta longitudine magis
quam obscuritate narrationis. ac verbis quoque dilucidis
utendum est. quo de genere dicendum est in preceptis elocutionis
Probabilis erit narratio si in ea videbuntur inesse ea que
solent apparere in veritate. si personarum dignitates servabuntur
si cause factorum extabunt. si fuisse facultates fa-
ciendi videbuntur. si tempus idoneum. si spacii satis. si loci

opportuni⁹ ad eandez re͂ de qua narrabi͛r fuisse ostendisse. si res ꝛ ad eoꝝ qui agant na͂m ꝛ ad vulgi rumore͂ ꝛ ad eoꝝ q̄ audiant opione͂ accomodabit͛; At vi͛silit͛ q̄d ex hiis reb⁹ esse potit illud at p͛t ea ꝯsidare optebit. ne a͛ tu͂ obsit narrato. a͛ tu͂ nil ꝓsit. tu͂ interpona͛. a͛ n͂ loco a͛ n͂ q̄admod͂ ca͂ postulet narret͛; Obest tam͂ tu͂ ipius rei geste expoito. magna͂ ex ap͛ offesioꝫ que argumtādo ꝛ tam͂ agendo lemri optebt͛ Qd͛ tam͂ accidit meli͛ tm optebit rei geste ptes disperge͂ in tam͂. ꝛ ad vnaquaqꝫ ꝯfestim ro͂nez accomodare. ut vulni ꝓsto medicam͂tu͂ sit. ꝛ odiu͂ stati defensio mitiget; Narratio nil ꝓdest tu͂. tu͂ aut ab adu͛sariis re expoita. vra͂ nil interest. itm a͛ alio m͂ narrare. a͛ ab hiis q̄ audiut. ita tenet͛ negociu͂. ut vra nil interest. eos alio pacto doce͛; Qd͛ tu͂ accidit. oio narratoe͂ s͛sede͂ du͂ e͂; No͂ loco di͛. tu͂ no͂ in ea pte orõ͛s collocat͛. i qua res postulat. q̄ de gn͂e agem⁹. tu͂ tu͂ de dispositon dicet⁹; Na͂ hoc ad dispoitoꝫ partiu͂. no͂ q̄adm͂ ta͂ postulat͛ narrat͛. tu͂ aut id qd͛ adu͛saio ꝓdꝫ dilucide ꝛ ornate expõ͛. a͛ id quod ipm adiuuat obscure di͛. ꝛ negligent͛; Quare ut h͛c vitiu͂ vitet͛. oi͂a torq̄nda sūt ad comod͂ sue cause. ꝯtra q̄ ptin poterit p͛mittedo. q̄ illi͛ erūt q̄ comodo leuit͛ attingendo. sua diligent͛ ꝛ enodate narrado; Ac de narratoe͂ q̄de͂ sat͛ di͛m vi͛demr͛. deinceps ad partitionem tra͂seam⁹.

Recte habita in causa partitio illustrem et perspicuam totam efficit orationem. Partes eius sunt due, quarum utraque magnopere ad aperiendam causam et constituendam pertinet controversiam. Una pars est que quid cum adversariis conveniat et quid in controversia relinquatur ostendit, ex qua certum quiddam designatur auditori in quo animum debeat habere occupatum. Altera est in qua rerum earum de quibus erimus dicturi breviter expositio ponitur distributa, ex qua conficitur ut certas animo res teneat auditor, quibus dictis intelligat fore peroratum. Nunc in utroque genere partitionis quemadmodum conveniat uti breviter videtur dicendum. Que partitio quid conveniat aut quid non conveniat ostendit, hec debet illud quod convenit inclinare ad sue cause commodum, hoc modo: Interfectam esse matrem a filio convenit mihi cum adversariis. Contra sic: Interfectum esse a Clitemestra Agamemnonem convenit. Nam hic uterque et id posuit quod conveniebat et tamen sue cause commodo consuluit. Deinde quid controversie sit ponendum est in iudicationis expositione, que quemadmodum inveniretur ante dictum est. Que autem partitio rerum distributam continet expositionem, hec habere debet brevitatem, absolutionem, paucitatem. Brevitas est cum nullum nisi necessarium assumitur verbum. Hec in hoc genere idcirco est utilis quod rebus ipsis et partibus cause, non verbis neque extraneis ornamentis animus auditoris tenendus est. Absolutio est per quam omnia que incidunt in causam genera de quibus dicendum est amplectimur. In qua partitione videndum est ne aut aliquod genus utile relinquatur aut sero extra partitionem aut

quod vastissimum et capacissimum est inferatur. Paucitas
in particione servatur si genera ipsa rerum ponuntur neque per-
mixte cum partibus implicantur. Nam genus est quod
plures partes complectitur ut animal. Pars est que subest
generi ut equus. Sed sepe eadem res alii genus alii pars.
Nam homo animalis est pars, Tebani aut Troiani
genus. Hec ideo diligentius inducitur perceptio ut aperte
intellecta generali particione paucitas generum in particione
servari possit. Nam qui ita partitur: ostendam propter
cupiditatem et audaciam et avariciam adversariorum
omnia incommoda ad rempublicam pervenisse, is aut
intellexit in particione exposito genere partem se generis admi-
scuisse. Nam genus est omnium nimirum libidinum cupi-
ditas. Eius autem generis sine dubio pars avaricia. Hoc igitur
vitandum est ne cuius genus posueris eius sicuti aliquam
adversam ac dissimilem partem ponas in eadem particione.
Quod si quod in genus plures incidunt partes id cum in
prima cause particione erit simpliciter expositum distribuetur
eo tempore commodissime cum ad ipsum ventum erit explicandum
in cause dictione post particionem. Atque id quoque pertinet
ad paucitatem ne aut plura quam satis est demonstraturos
nos dicamus hoc modo: ostendam adversarios quod arguimus
et potuisse facere et voluisse et fecisse. Nam fecisse satis
est ostendere. Aut cum in causa particio nulla sit et cum simplex
quiddam agatur tamen utamur distributione id quod perraro
potest accidere. Sunt autem alia quoque precepta particionum que ad
usum huius oratorum non tantopere pertineant que
versantur in philosophia ex quibus hec ipsa transtulimus que

Quemē uidebant q̄z m̄l m cetis artib᷒ iueniebāt;
Atz is de ptitōe pceptē. ī oī diuisōe meīnisse op
tebit. ut z pma queqꝫ ps ut exposita ē ī par
titōe sic ordme ēnsigat z oib; explicatē p ad
tū sit. h m̄. vt ne quid posten᷒ pt̄ ꝯcloz insūat;
Partit apud tērēciū bnit z comodē senex in
andria que cognoscē libertū vemt; Eo pacto
z gnati vitā. z ꝯsiliū meū cognosces z qd facē
ī hac re te velim; Itaqꝫ q̄adm̄ ī ptitōe ꝓposuit.
ita enarrat gnati uitā; Nā is p᷒ꝙ excessit
ex ephebis zozia. liben᷒ viuēdi fuit ptas z c̄
dem. suū ꝯsiliū. z nc̄ id opam do dem̄ qd velit
zoziam facē; Id qd postmū posuit ī ptitone
postrem᷒ dicit; Nuc tuū ē officiū; Queadm̄ g᷒
h z ad pma queqꝫ pte pmū accessit z omib;
abs͛l fine dicēdi fecit. sic nob placz z ad si
gulas ptes accedē. z oib; absolutē pozac; Nūc
d ꝯfirmacōe deīceps ita ut ordo ipē postulat dēm᷒ vī;
Confirmatio ē. p quā argumtādo. nrē
causē fidem z autoritatē. z firmamtū
adiungit rō; Huī᷒ ptē cta sūt pcepta.
que in singla cāz gna diuidūt; Veruntam no
īcomodū vī ēnda siluā z matiem vniūsā an
pmixtā z ꝯfusā exponē om̄ argumtacōz. p᷒ at
tradē q̄adm̄ vnūqdqꝫ causē gen᷒ hinc oib; argu
metādi rōib; tēctē ꝯfirmac opteat; Oms res argu
metādo ꝯfirmā͛ aᵗ ex eo qd psōis aᵗ ex eo qd nego
ciis ē attributū; Ac psōis quidē has res attributas
putam᷒ Nom̄. naz. victū. Nom̄ ē qd vnicuiqꝫ psōe
dat. quo suo qꝫ ꝓpo z cto vocabulo appellatur;

12

Naturā ipam

Naturā ipam diffinire dificile ē. ptes at
eius enūare. eas quarꝫ indigem⁹ ad hac p
ceptoꝫ facilius ē; Hec at ptim diuio. pti
mortli in gne ūsant. mortaliū at pars in
hoim. ps in bestiaꝝ gne nūat. atꝫ hoim gen⁹.
i sexu ꝯsidat. vile an mlieb͛ sit. ꝛ i natione.
pria. etate cognacōe; Natione. graius an
barbar⁹. pria. atheniensis an lacedemonius;
Cognacōe. qb⁹ maioib⁹. qbꝫ ꝯsanguineis Etate.
puer. an adolescēs. Natu. senex. an grādior
Ptea comoda an icomoda ꝯsidant ab nā data
aio ꝛ corpi. h͛ m⁹. valens an imbecillis. log⁹
an bͤuis. formos⁹ an deformis. uelox an tar
dus sit. acut⁹ an ebetior. meor an obliuios⁹
comis an facetus. an officios⁹. pdes. pudēs.
paciens atꝫ cont͛; Et oīo q̄ a nā data. aio
ꝛ corpi ꝯsidabunt. in nā ꝯsidāda sut. nā que
industria ꝯpant ad hitū ptinet de q͛ posterius
dīm est. In victu ꝯsidare oꝫ apud q̄s ꝛ quo
more. ꝛ cuꝰ arbitrio sit educat⁹. qs hueit artiū libe
liū mgros. qs viuēdi preceptores. qbꝫ aici⁹ vtat͛.
q̄ in negocio. q̄stu. artificio. sit occupat⁹. quō rez
familiare admistrauit ꝛ q̄ ꝯsuetudine domesti
ca sit; In fortuā q̄rit͛ s͛uus ne sit an liber.
pecuios⁹ an tenuis. puat⁹ an cū ptate; Et
si cū ptate. iure an iiuria. felix. clar⁹ an con̄.
quales libros heat. an si de nō viuo q̄rat͛. et
quali morte sit affect⁹ erit ꝯsidāndu Habitū at
hūc appellā⁹ aīi a͛ corpis. ꝯstante ꝛ absoluta. aliq̄

ī re pstioꝛ· ut ūtutl' a' artl'· alic' preptom
a' quauis sciam Et itez corpis aliqua comō-
ditatē· nō nā· ꝫ studio· ꝛ īdustia partam;
Affcio ē aī a' corpis ex tpe aliq̄ de cā comu-
tacō; ut letitia· cupiditas· met'· ꝛ molestia· moꝛ
b'· debilitas· ꝛ alia que ī eod̄ gne repiuntur;
Studiū ē at aī assidua ꝛ uehemēs ad aliq̄
rem applicata magna cū volūte· occupacō;
ut phie· poetrie· ꝛ geometrie· litt'aꝝ; Consiliū· est
aliq̄d faciendi· vl' nō faci' ꝛa ꝛ excogitata rō.
Fcā āt ꝛ ca' ꝛ oroēs trib' ex tpib' ↄsidabūt'· q̄d
fecit· aut quid ipi accidit ꝛ q̄d dixit a' q̄d fa-
ciet· q̄d ipi accidat· q̄d dicat· a' q̄d factus sit· q̄d
ipi casurū sit· qua sit vsur' ordine oroē; ac p'mis
ꝯpe h' videt' esse attributa

Negociis āt que sūt attributa ptim sūt
ↄtinētia cū ipō negocio· ptī ī gestione
negocij ↄsidant'· ptī adiūcta negocio sūt· parti
gestū negociū ↄsequit'; Continētia cū ipō ne-
gocio sūt ea q̄ sēp affixa esse videnť ad rem· nē
ab ea pūt separi; Ex hiis p'ma ē bruis cōplexio
toci' negocii· que summam ↄtinet fcī; h' m°
ptis occasio· prīe pditio; Dein· ei' cā sume p
qua ꝛ qua ob rem ꝛ cui' rei cā fcm sit· q'rit';
Dein an gestā rem q̄ fcā sūt ↄtinent'· usq3 ad
sumū negociū; Dein ī ipō gēndo negocio· quid
actū sit· Dein q̄d p' ea fcm sit; In gestione āt ne-
gocii· q̄ scd's locus erat de hiis q̄ negociis attbuta

sit. queritur. locus. tempus. occasio. modus. facultas;
Locus consideratur in quo res gesta sit ex opportunitate
quam videatur habuisse ad negocium administrandum;
Eadem autem opportunitas queritur. ex magnitudine. intervallo.
longinquitate. propinquitate. solitudine. celebritate;
Natura ipsius loci et vicinitate tocius regionis. Ex hiis
et attributionibus: sacer an profanus. publicus an
privatus. alienus. an ipsius de quo agitur locus sit. an
fuit; Tempus autem est. id quo nunc utimur. nam ipsum quidem
generaliter diffinire difficile est. pars quedam eternitatis. cum
alicuius anni mansurni. vespertini nocturni ve spacii
certa significatione; In hoc et que preterierunt considerantur. et
eorum ipsorum que propter vetustatem absoluerunt et incredibilia
videantur et iam in fabularum numero reponantur. et que iam
diu gesta et a memoria nostra remota. tamen faciant
fidem vere tradita esse. quia eorum monumenta certa in litteris
existant. et que nuper geste sunt. que scire plerique possunt
Et item que instant in presencia et que maxime fient et que
consequuntur. in quibus potest considerari quid pocius et quid serius
futurum sit; Et item communiter in tempore perspiciendo longinquitas
eius consideranda est Nam sepe oportet commetiri cum tempore ne-
gocium et videre potuitne aut magnitudo negocii aut
multitudo rerum in eo transigi tempore; Consideratur autem tempus. anni
et mensis. et diei et noctis. et vigilie. et hore et in aliqua
parte alicuius horum; Occasio autem est pars temporis. habens in se
alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem
Quare: cum tempore hoc differt. nam genere quidem utrumque
idem esse intelligitur; Verum in tempore spacium quodam modo

Declar̃. q̄ in annis. uel in anno. uel in aliq̄ parte
anni spectat̃; In occasione ad spaciū temporis
faciendi q̄ opportunitas intelligit̃. adiuncta q̄re
De utrisque postea aptius describemus; Nunc honestatis rationes primo explicemus. Quod aut totum aut ex aliqua parte propter se petitur honestum nominabimus; Quare cum eius due partes sint, quarum altera simplex, altera iuncta sit, simpliciorem prius considerabimus; Est igitur in eo genere omnis res una vi atque uno nomine amplexa virtus. Nam virtus est habitus animi nature modo rationi consentaneus. Quamobrem omnibus eius partibus tota vis erit simpliciter honestatis consideranda. Habet igitur quatuor partes: prudentiam, iusticiam, fortitudinem et temperantiam. Prudentia est rerum bonorum et malorum utrarumque scientia; Partes eius: memoria, intelligentia, providentia. Memoria est per quam animus repetit illa que fuerunt. Intelligentia per quam ea perspicit que sunt; Providentia per quam futurum aliquid videtur antequam factum sit; Iusticia est habitus animi communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem. Eius initium est a natura profectum, deinde quedam in consuetudinem ex utilitatis ratione venerunt. Postea res et a natura profectas et a consuetudine probatas legum metus et religio sanxit. Nature ius est quod non opinio genuit, sed quedam innata vis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, observantiam, veritatem. Religio est que superioris cuiusdam nature, quam divinam vocant, curam cerimoniamque affert; Pietas est per quam sanguine coniunctis benivolis officium et diligens tribuitur cultus; Gratia in qua amicitiarum et officiorum alterius memoria et remunerandi voluntas continetur; Vindicatio per quam vis aut iniuria et omnino omne quod obfuturum est defendendo aut ulciscendo propulsatur; Observantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur; Veritas est que qua immutata ea que sunt aut ante fuerunt aut futura sunt dicuntur; Consuetudine ius est quod aut a natura leviter tractum aluit et maius fecit usus, ut religionem, aut si quid eorum que ante diximus ab natura profectum, et maius factum propter consuetudinem videmus, aut in morem vetustas vulgi approbatione perduxit. Quod genus pactum, par, iudicatum; Pactum est quod inter aliquos convenit; Par quod inter omnes equale sit; Iudicatum de quo alicuius aut aliquorum iam sententiis constitutum est; Lege ius est quod in eo scripto quod populo expositum est ut observet continetur; Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio; Eius partes

Magnificentia. fidentia. patientia. perseverantia; Magnificentia est.
rerum magnarum et excelsarum. cum animi quadam ampla et splendida propositione
agitatio atque administratio; Fidentia est. per quam magnis et honestis
in rebus. multum ipse animus in se fiducie. certa cum spe collocavit;
Patientia est. honestatis aut utilitatis causa. rerum arduarum ac difficilium. vo-
luntaria ac diuturna perpessio; Perseverantia est. in ratione bene considerata
stabilis et perpetua. permansio; Temperantia est. rationis in libidinem
atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio; Eius
partes sunt. continentia. clementia. modestia. Continentia est. per quam cu-
piditas consilii gubernatione regitur; Clementia est. per quam animi temere in
odium alicuius inferioris castitati comitati retinentur; Modestia est.
per quam pudor honestus. claram et stabilem comparat auctoritatem; Atque
hec omnia propter se solum. ut nihil adiungatur emolumenti. petenda sunt;
Quod ut demonstretur. neque ad hoc nostrum institutum pertinet. et a brevitate
precipiendi remotum est; Propter se autem vitanda sunt. non ea modo que his
contraria sunt. ut fortitudini ignominia. et iustitie iniustitia. verum etiam
illa que propinqua videntur et finitima esse. absunt autem longissime; Quod genus
fidentie. contrarium est. diffidentia. et ea res vitium est; Audacia non
contrarium est sed appositum ac propinquum. et tamen vitium est. Sic unicuique vir-
tuti. finitimum vitium reperietur. aut certo iam nomine appellatum. ut au-
dacia. que fidentie. pertinacia que perseverantie finitima est. Superstitio.
que religioni propinqua est aut sine ullo certo nomine. Que omnia item uti contraria
rerum bonarum in rebus vitandis reponentur. ac de eo quidem genere honestatis.
quod omni ex parte propter se petitur. satis dictum est; Nunc de eo in quo
utilitas quoque adiungitur. quod tamen honestum vocamus dicendum videtur;

Sunt igitur multa que nos. cum dignitate. tum quoque fructu suo ducunt;
Quorum in genere est. gloria. dignitas. amplitudo. amicitia. Gloria est.
frequens de aliquo fama. cum laude; Dignitas est. alicuius honesta
et cultu et honore et verecundia. digna auctoritas; Amplitudo est.
potentie aut magestatis. aut aliquarum copiarum. magna habundantia. Amicitia
est. voluntas erga aliquem bonarum rerum illius ipsius causa. quem diligit cum
eius pari voluntate. Hic quia de civilibus causis loquimur. fructus ad

amicitia adiungatur. ut eorum causa petenda videatur. ne forte qui
nos de omni amicitia dicere existimant. reprehendere incipiant. Quamquam sunt.
qui propter utilitatem modo petendam putant amicitiam. Sunt qui propter se solum.
Sunt qui propter se et utilitatem. Horum quid verissime constituatur. alius locus
erit considerandi. Nunc hoc sic ad usum oratorum relinquatur. utramque propter rem
amicitiam esse expetendam. Amicitiarum autem ratio. quoniam partim sunt religioni-
bus iuncte. partim non sunt. et quia partim sunt veteres. partim nove. partim ab illorum.
partim a nostro beneficio profectorum profecte. partim utiliores partim minus utiles.
ex causarum dignitatibus. utilitatibus. ex temporum opportunitatibus. ex officiis. ex
religionibus. ex vetustatibus habebitur. Utilitas autem aut in ipsis rebus.
atque in corpore posita est. aut in extraneis rebus. quarum tamen rerum multo maxima
pars ad corporis commodum revertitur. ut in re publica quedam sunt. que
ut sic dicam ad corpus pertinent civitatis. ut agri. portus. pecunia. classis.
naute. milites. socii. quibus rebus incolumitatem ac libertatem retinent
civitates. Alia vero que iam quiddam magis amplum et minus necessarium
conficiunt. ut urbis egregia exornatio. atque amplitudo. ut quedam excellens
pecunie magnitudo. amicitiarum ac societatum multitudo. quibus rebus non
solum illud conficitur. ut salve et incolumes. verum etiam ut ample atque poten-
tes sint civitates. Quare utilitatis due partes esse videntur. incolumitas
et potentia. Incolumitas est. salutis tuta atque integra conservatio. Potentia
est. ad sua conservanda et alterius obtinenda. idonearum rerum facultas.
Atque in his omnibus que ante dicta sunt. quid difficulter fiat. et quid facile
fieri possit. oportet considerare. Facile fieri id dicimus. quod sine magno aut sine labore
ullo. sumptu. molestia. quam brevissimo tempore confici potest. Posse autem fieri.
quod quamquam laboris sumptus molestie longinquitatis indiget. atque aut omnes
aut plurimas. aut maximas causas habet difficultatis. tamen his susceptis fa-
cultatibus difficultatibus. compleri atque ad exitum perduci potest. Nam quoniam de hone-
state et utilitate diximus. nunc restat ut de his rebus. quas his attributas
esse dicebamus. necessitudini et affectioni. perscribamus.

Puto autem hanc esse necessitudinem cui nulla vi resisti potest. que neque
mutari neque leniri potest. Atque ut apertius hoc sit. exemplis licet
vim rei qualis et quanta sit. cognoscamus. Uri posse flamma legitima

maturam. necesse est; Corpus mortale aliquo tempore interire. necesse est; Atque
ita necesse est ut vis postulat ea. quam modo describebamus. necessitu-
dinis. cui nulla vi resisti potest. que neque mutari neque leniri potest;
cuiusmodi necessitudines. cum inciderint rationes incident. vere necessitudines
appellabuntur. Eum a qua res incidet difficiles. in prima superiore
possit ne fieri questio est. considerabimus; Atque hic etiam in videor vi-
dere etiam quasdam cum adiunctione necessitudines. quasdam simplices et absolutas
Nam taliter dicere solemus. necesse est casilinenses se dedere hanniba-
li. propter enim in superiori adiunctio est hec. nisi se maluit
fame perire. Si nunc id maluit. hic in superius non ita propterea quod sive
velint casilinenses se dedere. sive famem perpeti. atque ita perire
necesse est casilinum venire in hannibalis potestate; Quid igitur perficere
potest hec necessitudinis distributio. propter dictam; plurimum. cum locus aliter
adiunctionis locum necessitudinis videbitur intrare Nam cum simplex erit necessitudo.
nihil erit quod multa dicamus cum eam nulla ratione lenire possimus Cum
autem ita necesse erit vt aliquid effugere aut adipisci velimus. cum adiu-
nctio illa quid habeat utilitatis aut quid honestatis erit considerandum. ita tamen
ut id queras. quod conveniat ad usum civitatis. reperies nullam rem esse.
quam facere necesse sit. nisi propter aliquam causam quam adiunctionem vocamus;
Pariter hic autem invenies esse multas necessitates. ad quas similis adiunctio non
accedit Quod genus est. ut homines mortales. necesse est interire.
sine adiunctione. ut cibo utantur non necesse est. nisi cum illa exceptione.
extra quam si nolint fame perire; Ergo ut dixi. illud quod adiungitur.
semper cuiusmodi sit erit considerandum Nam omni tempore id pertinebit. ut aut
honestatem. hoc modo. Necesse est. si incolumes volumus esse. aut
ad commoditatem. hoc modo. necesse est si sine incommodo volumus
vivere Ac summa necessitudo quidem videtur esse honestatis; huic proxima.
incolumitatis Tertia ac levissima. commoditatis. que cum his numquam
poterit duabus contendere; Hasce autem inter se sepe necesse est comparari. ut
quamquam prestent honestatis incolumitati. tamen uti potissimum consulendum
est. deliberetur; Cuius rei certum quoddam preceptum videtur in perpetuum dare
posse Nam qua in re fieri poterunt. ut cum incolumitati consulemus.

quod sit in praesentia. De honestate delibaturi virtute aliquam et industria recuperetur, tum incolumitatis ratio videtur habenda. Cum autem id non poterit honestatis. Ita in huiusmodi quoque re, cum incolumitati videbimur consulere, vere poterimus dicere nos honestatis habere rationem, quoniam sine incolumitate eam nullo tempore possumus adipisci. Qua in re vel concedere alteri vel ad condicionem alterius descendere vel in praesentia quiescere atque aliud tempus exspectare oportebit. In ratione vero commoditatis modo id attendatur, dignane causa videatur ea quae ad utilitatem pertinebit, quare aut de magnificentia aut de honestate quiddam derogetur. Atque in hoc loco mihi caput videtur esse, ut quaeramus quid sit id quod si adipisci aut effugere velimus aliqua res nobis sit necessaria, hoc est quae sit adiunctio, ut proinde uti quaeque res erit elaboremus et summam quamque tamen vehementissime necessariam iudicemus. Affectio est quaedam ex tempore aut ex negotiorum eventu aut administratione aut hominum studio commutatio rerum, ut non tales quales ante habitae sint aut plerumque haberi soleant habende videantur esse, ut ad hostes transire turpe videtur esse. At non illo animo quo Ulixes transiit. Et pecuniam in mare deicere inutile. At non eo consilio quo Aristippus fecit. Sunt igitur res quaedam ex tempore et consilio, non ex sua natura considerande; quibus in omnibus quid tempora petant, quid personis dignum sit considerandum est; et non quid, sed quo quidque animo, quicum, quo tempore, quamdiu fiat attendendum est. His ex partibus ad sententiam dicendam locos sumi oportere arbitramur;

Laudes et vituperationes autem ex his locis sumentur qui loci personis sunt attributi, de quibus ante dictum est. Sin distribuimus tractare quis vellet, partiatur in animum et corpus et in extraneas res licebit. Animi est virtus, cuius de partibus paulo ante dictum est. Corporis: valitudo, dignitas, vires, velocitas. Extraneae sunt: honos, pecunia, affinitas, genus, amici, patria, potentia et cetera quae simili in genere esse intelliguntur. Atque in his id quod in omnia valet valere oportebit. Contraria quoque et quae qualia sint intelligetur. Videre autem in laudando et vituperando oportebit non tam quae in corpore aut in externeis rebus habuerit is de quo agetur, quam quo pacto his rebus usus sit. Nam fortunam quidem et laudare stultitia et superbia est vituperare; animi autem et laus honesta et vituperatio vehemens est.

Nunc quoniam omne causae genus argumentandi ratio tradita est.

De inuentione prima z maxima parte rethorice. satis di-
ctum videtur. quare z vna pars ad exitum hunc. a su-
periore libro pducta est. z hic liber non parum continet
litterarum. que restant in reliquis dicemus; Explicit.
In mostio Coprziwnicen hec sut scpta p frem Mathernum 1457
Sit meoria mei corde in vro

ETSI IN NEGOCIIS FAMILI
aribus impediti vix satis otiu studio suppeditare
possumus. et id ipm quod datur otii libentius in
phia consumare consuevimus. tn tua nos C. he
renni voluntas commonuit ut de rone dicendi conscriberemus.
ne aut tua causa noluisse. aut fugisse nos laborem putares
et eo studiosius hoc negotiu suscepimus. q te non sine ca
velle cognoscere rethoricam intelligebamus Non enim in se
parum fructus habet copia dicendi. et commoditas oronis. si
recta intelligentia et definita moderatione animi gubnet;
Quas obres. illa que greci scriptores inanis arrogancie ca
sibi assumpserunt relinquimus Nam illi ne parum multa
scisse viderent. ea conquisierunt que nihil attinebant. ut
ars difficilior cognitu putaretur; Nos autem ea que uide
bantur ad rone dicendi pertine. sumpsimus; Non eni
spe questus. aut glia commoti. uenimus ad scribendum. qadmo
ceteri. sed ut industria nra. tue more geramus voluntati; Nuc
ne nimiu sumat longa oratio. de re dice incipiemus. sed si
te illud unum monuerimus. artem sine assiduitate dicendi
non multu iuvare. ut intelligas hac rom pceptionis. ad
exercitatom accommodare oportet; Oratoris officiu est. de
his rebus posse dice. que res ad usum civilem moribus et
legibus constitute sunt. cu assensione aud auditorum quoad eius
fieri poterit; ¶ Tria genera sunt causarum que recipere debt
orator. demostratm. deliberatm. iudicionale. Demonstrativu
est. quod tribuitur in aliciug certe psone laude. ul vituparone
Deliberatm est. in consultatione. qd habet in se suasione. et
dissuasionem Iudiciale est. quod positum est in controuersia.
et quod ht accusatom. aut petitione cum defensione Nunc
quas res oratore hre oporteat docebimus. deinde quomodo

has causas tractari conveniat ostendemus; Oportet igitur esse
in oratore. Inventionem. dispositionem elocutionem Memoriam. pronunti
ationem; Inventio est excogitatio rerum verarum aut veri-
similium. que causam probabilem reddant; Dispositio est ordo
et distributio rerum. que demonstrat quibus quid locis sit colloca(n)
dum Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad in
ventionem accommodatio Memoria est firma animi rerum et
verborum et dispositionis perceptio; Pronuntiatio est vocis vul
tus gestus. moderatio cum venustate; Hec omnia tribus rebus
assequi poterimus; arte. imitatione. exercitatione; Ars est pre
ceptio que dat certam viam. rationemque dicendi Imitatio est qua
impellimur cum diligenti ratione ut aliquorum similes in dicendo
valeamus esse; Exercitatio est usus assiduus. consuetudo
que dicendi; Quoniam igitur demonstratum est quas causas ora
torem recipere. quasque res habere conveniret nunc quemadmodum
possit oratio ad rationem oratoris officii accommodari dicendum videtur;

Inventio

Inventio in sex partes consumitur; In exordium. Narrationem. divi
sionem. confirmationem. confutationem. Conclusionem; Exordium est
principium orationis. per quod animus auditoris vel iudicis constituitur
vel apparatur ad audiendum; Narratio est rerum gestarum
aut proinde ut gestarum expositio; Divisio est per quam aperimus
quid conveniat quid in controversia sit. et per quam exponimus
quibus de rebus simus acturi; Confirmatio est nostrorum
argumentorum expositio. cum asseveratione; Confutatio est
contrariorum locorum dissolutio; Conclusio est artificiosus orationis
terminus; Nunc quoniam una cum oratoris officiis quo res cogni
tu facilior esset producti sumus ut de orationis partibus loqueremur
et eas ad inventionis rationem accommodaremus de exordio primum
dicendum videtur; Causa vero posita quo commodius exordiri possimus
genus cause considerandum est Genera causarum sunt

quatuor. honestum. turpe. dubiū. huīle; Honestum genus
cause putat: cum aut id defendimus quod ab omībus defen
dendum vr: aut oppugnamus: quod ab omibus videtur oppu
gnari debē; ut pro viro forti: contra parricidam; Turpe ge
nus intelligitur: cum aut honesta res oppugnatur. aut defen
ditur turpis; Dubium genus est: cum hr̄ in se causa et ho
nestatis et turpitudinis partem; Humile genus est: cū con
tempta res ante affert; Cum hec ita sint: conveniet exor
diorum rōm ad cause genus accomodari; Exordiorum: duo
sunt genera; Principiū: quod grece prohemiū appellatur;
Et insinuacio: que epodos nomīatur; Principium est: cū
statim auditoris animū nobis idoneum reddimus ad audiend
Id ita sumitur: ut attentos. ut dociles. ut benivolos auditores hr̄e
possimus; Si genus cause dubiū hēmus. a benivolentia prin
cipium constituemus: ne quid illa turpitudinis pars. nobis obēe
possit; Si humile genus erit cause: faciemus attentos; Si
turpe cause genus erit: insinuatione utendum est: de qua
posterius dicemus. nisi quid nacti erimus: quare ad ūsarios
criminādo benivolentiā cape possimus; Si honestū cause ge
nus erit: licebit recte ul' uti vel non uti principio; Si uti
volumus: aut id oportebit ostendere. quare causa sit hone
sta: aut breviter quibus de rebus simus dicturi exponere;
Si pncipio uti volemus: ab lege. ab scriptura. aut ab aliquo
firmissimo nrē cause adiumento pncipium cape oportebit;
Quoniā igitur. docilem. benivolum. attentū auditorē hrē
volumus: quō quid qz confici possit: aperiemus; Dociles audi
tores hrē potimus: si sūmam cause breviter exponemus.
et si attentos eos faciemus; Nam docilis est: qui attente
vult audire; Attentos habebimus: si pollicebim nos de rebus
magnis. novis. inusitatis. verba facturos. aut de his que

ad rem p. pertineant: ut ad eos ipsos qui audient. aut ad deorum
immortalium religionem; Et si rogabimus ut attente audi
ant: et si nuo exponemus res quibus de rebus dicturi sumus
Beniuolos auditores facere: quatuor modis possumus. ab nostra adversariorum tutorum ab auditorum persona et ab rebus ipsis. — ab
A nostra persona beniuolentiam beniuolentiam contrahemus: si
nostrum offitium sine arrogantia: laudabimus. atque in rem p.
quales fuimus. aut in parentes. aut in amicos. aut in eos qui au
diunt: aliquid referemus: dum hec ipsa omnia ad eam ipsam rem
de qua agitur sint accomodata. Item si nostra incomoda pro
feremus. Inopiam. Sollitudinem Calamitatem Et si orabimus
ut nobis sint auxilio; et simul ondemus: nos in aliis no
luisse spem habere Ab adversariorum persona beniuolentia
captabitur: si eos in odium. in inuidiam. contemptum addu
cemus; In odium rapiemus: si quid eorum spurce. superbe
perfidiose. crudeliter. confidenter. maliciose. flagitiose. factum
proferemus; In inuidiam trahemus: si vim si potentiam. factionem
diuitias. incontinentias. nobilitatem. clientelas. hospitium sodalitatem
affinitates. adversariorum proferemus; Et his adiumentis ma
gis quam ueritati eos confidere: apiemus; In contemptum adducemus
al' inertiam — : si inertiam. ignauiam. luxuriam adversariorum; proferemus;
Ab auditorum persona beniuolentia colligitur: si res eorum p fortiter
sapienter. mansuete. magnifice adiudicatas: proferemus; et si
que de his existimatio que iuditii expectatio sit: aperiemus;
Ab rebus ipsis beniuolum efficiemus auditorem. si nostram
causam laudando tollemus. adversariorum per contemptum
deprimemus. Deinceps de insinuatione aperiendum est.
TRIA SUNT TEMPORA quibus principio uti non possumus
Diligenter sunt consideranda. aut cum turpem animum habemus
hoc est. cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat. Aut

cum animus auditoris persuasus esse videtur ab his q ante
contra dixerunt; Aut cum defessus est eos audiendo qui an
dixerunt; Si causa turpitudinē h̄ebit exordiri poterimus
his rōnibus hominem non rem spectari oportere: non placere
nobis ipsis que facta dicuntur ab adversariis. et esse indigna
aut nefaria Deinde cum diu rem auxerimus nihil simile
a nobis factum ostendemus. aut aliquorum iuditiū de sili causa
aut de eadem. aut de minore. aut de maiore proferemus; Deī
ad nostram causam pedetemptī accedemus; et silitudinē con
feremus; Item si negabimus nos de adūsariis. aut de aliqua re
dicturos. et tn̄ occulte dicemus interiectione verborum. Si ꝑ
suasus auditor fuit. idest. si ozō adversariorum fecit fidem
auditoribus Neq; enim non facile sciē poterimus. qm̄ non
sumus nescii quibus rebus fides fieri solet. 6º. si fidem fa
ctam putabimus: his nos rebus insinuabimus ad causam. de
eo quod adūsarii firmissimū sibi adiumentum putarint p̄m
nos dicturos pollicebim̄: aut adversarii dicto exordiemur:
et ab eo maxime: quod ille nuperrime dixerit. aut dubitati
one utemur: quod potissimū dicamus. aut cui loco p̄mū
respondeamus cum āmirat̄ione; Si defessi erunt audiendo: al' affirmacōe
ab aliqua re que risum movē possit. ab apologo a fabula
veri simili imitatione depravata inversione ab ambiguo su
spitione. irrisione. stultitia. exuperatione. collocutione. lrārū
mutatione. preterea expectatione. similitudine. novitate
historia. versu Si promiserimus aliter ac parati fuerimus:
nos esse dicturos Nos non eodemmodo ut ceteri soleant:
quid nos facturi simus: breviter exponemus; Inter insi
nuationem et principium hoc interest Principium eiꝰ
modi debet esse. ut statim apertis rōnibus quibus prescri
psimus. aut benivolum aut attentum. aut docilem faciamꝰ

auditorem; At insinuatio eiusmodi debet esse: ut occulte
per dissimulationem eandem illa omnia conficiamus. ut ad candē
comoditatem in dicendi ope- venire possimus; Verum he
tres utilitates tam et si in tota oratione sunt comparande. hoc ē
ut auditores sese perpetuo nobis attentos. dociles. beniuolos.
prebeant: tn̄ id per exordium cause maxime comparandum ē;
Nunc nequando vitioso exordio vtamur. que vitia vitanda
sunt docebo; In exordienda causa seruandum est: ut lenis
sit sermo et usitata ůborum consuetudo ut non apparata causa
videatur esse; Vitiosum exordium est quod in plures causas
pt accomodari quod vulgare dicitur Item vitiosum est quo
nihilominus aduersarius potest uti quod comune appellatur
Item illud quo aduersarius ex contrario poterit uti Item vi
tiosum est quod nimiū compositum est aut nimium longū
est et quod nō ex ipsa causa natum videatur. quod seperatum
vocatur. in quo etiam translatum concluditur ut propter cohē
at cum narratione et quod neq; beniuolum. docilem neq; attē
tum faciat auditorem; De exordio satis erit dictum deniq; s
ad narrationem transeamus; NARRACIONUM
tria sunt genera. vnum est quo exponimus rem gestam. et vm
quoq; trahimus ad vtilitatem nr̄am vincendi causa quod p
tinet ad eas causas de quibus iudiciū futurum Alterum ge
nus est narrationis quod intercurrit nonunq̄. fidei aut cri
minis aut transitionis aut alicuius apparationis causa Tercium
genus est id quod a causa ciuili remotum est in quo tn̄ exer
ceri conuenit quo comodius illas superiores narrationes in causis
tractaē possimus Eius narrationis duo sunt genera vnum
quod in negotiis alterum quod in personis positum est Id qd
in negociorum expositione positum est. tres habet partes fabu
lam historiam argumentum. fabula est que neq; veras res

neq3 veri similes continet ut he que a tragedis tradite sunt
Historia est gesta res sed ab etatis nostre memoria remota
Argumentum est ficta res que tamen fieri potuit velut argumenta
comediarum Illud genus narrationis quod in personis positum
est debet habere sermonis festiuitatem animorum dissimili
tudinem gravitatem levitatem spem metum suspicionem de
siderium dissimulationem misericordiam rerum varietates fortune
commutationem insperatum incomodum subitam leticiam iocundum
exitum rerum. verum hec in exercendo transierunt Illud quod
ad veritatem pertinet quomodo tractari conveniat aperiemus Tres
res habere convenit narrationem ut brevis ut dilucida ut veri
similis sit. que quoniam fieri oportere scimus quemadmodum faciamus
cognoscendum Rem breviter narrare poterimus si inde inci
piemus narrare. unde necesse erit si non ab ultimo initio
repetere volemus. et si summatim non particulatim narrabimus
et si non ad extremum sed usq3 eo quo opus erit prosequimur
et si transicionibus nullis utemur. et si non deerrabimus
ab eo quod ceperimus exponere. et si exitus rerum ita expo
nemus ut ante quoq3 que facta sunt sciri possint. tam
et si nos reticuerimus. quod genus est si dicam me ex
provincia redisse / profectum quoq3 ut provincia intelliga
tur / et ideo omnino non modo id quod obest sed etiam id quod
neq3 obest neq3 iuvat satius est preterire. et ne bis aut se
pius idem dicamus; Cavendum est etiam ne id quod
semel diximus. deinceps dicamus hoc modo. athenis mega
ram vespi symo advenit. ubi advenit megaram insidias
fecit virgini. insidias postquam fecit vim illico attulit Rem
dilucide narrabimus si ut quicquid primum gestum
erit ita primum exponemus & rerum ac temporum ordinem
conservabimus ut geste res erunt aut ut potuisse geri videbuntur

Hic erit considerandum ne quid perturbate ne quid contorte neque
ambigue dicamus neque in aliam rem transeamus ne ab ultimo
repetamus ne longe prosequamur neque quod ad rem perti
neat pretereamus Et si sequemur ea que de brevitate pre
cepta sunt Nam quo brevior eo dilucidior et cognitu facilior
narratio fiet. Verisilis narratio fiet si ut mos ut opinio
ut natura postulat dicemus. si spatia temporum personarum
dignitates. consiliorum narrationes locorum oportunitates
constabunt ne refelli possint. aut temporis parum fuisse
aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse. aut ho
mines ipsos facere aut pati non potuisse Si vera erit res
nihilominus hec omnia narrando conseruanda sunt. nam
sepe veritas nisi hec conseruata sint. fidem non potest facere
Sin erat ficta eo magis erunt conseruanda De his rebus
caute confingendum est quibus in rebus tabule aut alicuius
firma auctoritas videbitur interfuisse Adhuc que dicta
sunt arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus nisi
quia de insinuationibus noua excogitavimus quod eam soli pre
ter ceteros in tria tempora divisimus ut plane certam viam et
perspicuam rationem exordiorum habemus Nunc quod reliquum
est quoniam de rerum inventione disputandum est in qua sin
gulare consumitur oratoris officium dabimus operam ut
nihilominus industrie quam rei postulabit utilitas quesisse vide
amur si prius pauca de divisione causarum dixerimus Cau
sarum divisio in duas partes distribuenda est primum enim
post narrationem debemus aperire quid nobis conveniat cum
adversariis quid in controversiis sit. si ea que utilia nobis erunt
conveniunt hoc modo interfectam esse ab horreste matrem
convenit mihi cum adversariis iure ne fecerit et licuerit
ne ei facere idem in controversia Item e contrario agamenone

esse a clitemestra orestum confitentur tum si id ita sit me ulcisci
parantem negant oportuisse Deinde cum hec fecerimus di
stributione uti debemus; ea diuiditur in duas partes enumerati
onem et expositionem Enumeratione utemur cum dicemus
numero quot de rebus dicturi sumus Eam plus quam trium
partium esse non oportet Nam periculosum est ne quando plus
minusue dicamus et suspitionem affert auditori meditationis
et artifitii que res fidem abrogant auditori; Expositio est
cum res de quibus dicturi sumus exponimus breuiter et ab
solute Nunc ad confirmationem transeamus TOTA
SPES UINCENDI ratio que persuadendi posita est in
confirmatione et confutatione nam cum argumenta nostra
exposuerimus. contraria que dissoluimus absolute nimirum
munus oratorium confecerimus. utrumque igitur facere poterimus
si constitutionem cause cognouimus CAUSARUM constitu
tiones alii quatuor fecerunt. noster doctor hermestes tres esse
putauit non ut de illorum quicquam detraheret inuentione.
sed ut ostenderet id quod oportuisset simpliciter ac singulari
modo dicere illos distribuisse dupliciter et bipartito Constitu
tio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione
coniuncta Constitutiones itaque ut ante diximus sunt tres
coniecturalis. legitima et iuridicialis Coniecturalis est consti
tutio cum de facto controuersia est. hoc modo Aiax in silua postquam resci
uisset quid fecisset per insaniam gladio incubuit. ulixes inter
uenit. occisum conspicatur. corpore telum cruentum educit
Teucer interuenit. cum fratrem occisum et inimicum fratris cum gladio
cruento uidit capitis accersit hic quoniam coniectura uerum queritur
de facto erit controuersia et ex eo constitutio cause coniecturalis
nominatur Legitima est constitutio cum scripto aut descriptis
aliquid controuersie nascitur aut ex scripto legitima Ea diui

in partes sex scriptum et sententiam. contrarias leges et ambi-
guum diffinitionem translationem. ratiocinationem. Ex scripto
et sententia controversia nascitur tum videtur scriptoris voluntas
cum scripto ipso dissentire hoc modo Si lex sit que iubeat
eos qui propter tempestatem navim relinquerant. omnia perdere. eorum
navim ceteraque esse si navis conservata sit qui remanserint
in navi. Magnitudine tempestatis omnes perteriti navim re-
liquerunt scafam conscenderunt preter unum egrotum. is
propter morbum exire et fugere non potuit. Casu et fortuna
navis in portu incolumis delata est illam egrotus possi-
det navim petit ille cuius fuerat. hoc modo constitutio legitima est
ex sententia et scripto. Ex contrariis legibus controversia
constat tum alia lex iubet alia permittit aliquid alia vetat quippiam
fieri. hoc modo. lex vetat eum qui de pecuniis repetendis damna-
tus sit in contione orationem habere. Altera lex iubet augurem inde-
mortui locum qui petit in contione nominare Augur quidam
damnatus de pecuniis repetundis indemortui locum qui pe-
tebat nominavit. petitur ab eo multa. constitutio ex contrariis
legibus legitima est Ex ambiguo controversia nascitur tum
scriptum duab aut plures sententias significat. hoc modo. paterfamilias
tum filium heredem faceret testamento vasa argentea legat
vxori. hoc modo. Tullius heres meus Terentie uxori mee tri-
ginta pondo argenteorum vasorum dato. que volet post
mortem eius vasa preciosa et celata magnifice petit mulier
filius se que vellet ipse triginta pondo ei debere dicit Consti-
tutio est legittima ex ambiguo De diffinitione causa con-
stat tum in controversia est quo nomine appelletur factum. ea
est huiusmodi Cum lucius ~~saturnidis~~ saturninus legem frumen-
tariam de semissibus et terentibus laturus esset Cepio qui
pro id temporis questor urbanus erat docuit senatum erarium pati

non potuisse largitionem tantam. senatus decreuit si eam
legem ad poplm̄ ferat aduersus remp. vidit ferre cum viris
bonis impetum fecit. gradus pontis disturbat ci
deiecit impedimento est quo setius feratur lex. accessit
cepio maiestatis Constitutio est legittima ex diffinitione vo
cabulum enim diffinitur ipsum cum quiritur quid sid dimi
nue maiestatem. Ex translatione controuersia nascitur cū
aut tempus differendum aut accusatorem mutandum aut
iudices mutandos reus dicit. hac parte constitucionis gre
ci in iudiciis nos in iure ciuili plerumqꝫ vtim̄ In hac pte
nos iuriscíuilis scientia iuuabit. in iudiciis tn̄ nihil vtim̄
et hoc nō Si quis peculatus accusatur qꝫ vasa argentea
publica de loco priuato dicatur sustulisse possit dicē cum
diffinitione st usus. quid sit furtū quid sit peculatus furti
secum agi non peculatus oportē. Hec partitio legittime
constitutionis his de causis raro uenit in iudiciū. qꝫ in priua
ta actioē pretorie exceptiones fiunt. a causa cadit his
qui nō quemadmodum oportet egerit et in publicis qstioibus
cauetur legibus ut nisi reo comodum sit iudiciū de accu
satore fiat. utrum illi liceat accusare necne Ex ratiocina
tione controuersia constat cum res sine propria lege venit
in iudiciū que tn̄ ab aliis legibus similitudine quadam
aucupatur Ea est huiusmodi lex si furiosus existat agnatorū
gentiliū qꝫ in eo pecuniā qꝫ eius potestas esto Et lex Qui
parentem necasse iudicatus erit. ut is obuolutus et obligatus
corio deuehatur in profluentem. Et lex paterfamilias uti
super familia pecuniā ve sua legauit, ita ius esto Si paterfa
milias intestatus moriatur. familia pecuniā qꝫ eius agnatorum
gentilium qꝫ esto. Malleolus iudicatus est matrē necasse
ei damnato statim folliculo lupino obuolutū est os et solee

lignee pedibus inducte sunt et in carcerem deductus est. qui
defendebant eum tabulas in carcerem afferebant afferunt. testa
mentum ipso presente conscribunt. testes recte affuerunt. de illo
supplicium sumitur. hi qui heredes erant testamento hereditatem
adeunt. frater minor malleoli qui eum oppugnaverat in eius
periculo suam vocat hereditatem lege agnationis. hic certa
lex in rem nulla affertur. et tamen multe afferuntur ex quibus
ratiocinatio nascitur quare potuerit aut non potuerit iure testamentum
facere. constitutio legitima est ex ratiocinatione. Cuiusmodi partes
essent legitime constitutionis ostendimus. Nunc de iuridiciali
constitutione dicamus. Iuridicialis constitutio est cum factum
convenit. sed si iure an iniuria factum sit queritur. Eius con
stitutionis partes sunt due quarum una absoluta / alia assump
tiva nominatur. Absoluta est cum ipsum quod factum est ut
aliud nihil foris assumatur recte factum esse dicemus. Ea est
huiusmodi. Mimus quidam nominatim accium poetam compellat
in scenatulo meo. accius iniuriarum agit. hic nihil aliud defen
dit nisi licere nominari eum cuius nomine scripta videntur agenda.
Assumptiva pars est cum per se defensio infirma est sed assump
ta extraria re comprobatur. Assumptive partes sunt quattuor
Concessio. remotio criminis. translatio criminis. comparatio. Con
cessio est cum reus sibi postulat ignosci. Ea dividitur in purga
tionem et deprecationem. Purgatio cum consulto negat
se reus fecisse. Ea dividitur in imprudentiam fortunam necessitatem.
Fortunam ut cepio ad tribunum plebis de exercitus amissione.
Imprudentiam ut ille qui de eo servo qui dominum occiderat sup
plicium sumpsit cui frater esset antequam tabulas testamenti
aperiret. cum is servus testamento manu missus esset. Ne
cessitudinem ut ille qui ad diem commeatus non venit quod eum
aque interclusissent. Deprecatio est cum reus et se peccasse et

consulto fecisse confitetur & tamen postulat ut sibi misereatur. hec in iudicio non potest fere usu uenire nisi quando pro eo dicimus cuius multa recte facta extant hoc modo. In loco communi per amplificationem inueniemus. quod si hoc fecisset tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conueniret. Verum nihil postulat ignosci ergo in iudicium non uenit. at in senatum aut ante imperatorem & in consilium talis causa potest uenire. Ex translatione criminis causa constat cum fecisse nos non negamus. sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus ut horestes cum se defendit in matrem conferens crimen. Ex remotione criminis causa constat cum a nobis non crimen sed culpam ipsam amouemus & uel in hominem transferimus uel in rem quampiam conferimus. In hominem transfertur ut si accusatur hic is qui publium se fateatur occidisse et id iussu consulum defendat. et cos dicat non modo imperasse sed rationem quoque ostendisse quare id facere liceret. In rem confertur ut si quis ex testamento quod facere iussus sit ex plebiscito uetetur. Ex comparatione causa constat. cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere et id quod fecimus satius fuisse facere. Ea causa huius est. Gaius pompilius cum a gallis obsideretur nec fugere nullo modo potuisset. uenit cum hostium ducibus in collocutionem. ita discessit ut impedimenta relinqueret et exercitum educeret. satius duxit esse amittere impedimenta quam exercitum. cum exercitum duxit impedimenta reliquit. accessit maiestatis. Que constitutiones et que constitutionum partes sint uideor ostendisse. nunc quo eas et qua ratione tractari conueniat demonstrandum est si prius aperuimus quid oporteat ab ambobus in causa destinari. quo omnis ratio totius orationis conferatur. Constitutione igitur reperta statim querenda est ratio que causam facit et continet defensionem hoc modo ut docendi gratia in hac potissimum causa consistamus. Horestes confitetur

se occidisse matrem nisi attulerit facti rationem preterierit de
fensionem · ergo affert eam que nisi intercederet nec causa quidem
esset Illa enim inquit patrem meum occidit · ergo ut ostendi ratio
est ea · que continet defensionem sine qua nec parua quidem
dubitatio potest remoueri damnationem INUENTA ratione
firmamentum querendum est · id est quod continet accusationem cum
affertur contra rationem defensionis de qua antea dictum
est id constituetur cum usus fuerit · orestes ratione huius pacto ·
matrem occidi · illa enim patrem meum occiderat · utetur accusa
tor firmamento hoc modo Non tamen abs te occidi · neque indemna
tam penam pendere oportuit Ex ratione defensionis et ex
firmamento accusationis iudicii questio nascatur oportet quam
nos iudicationem greci krinomenon appellant Ea constituetur
ex coniunctione firmamenti et rationis defensione hoc modo Cum
dicat horestes se patris ulciscendi causa matrem occidisse rectumne
ne fuit sine iudicio a filio clitemestram occidi · ergo hac ratione
iudicationem reperire conuenit Reperta iudicatione omnem
rationem totius orationis eo conferri oportebit In omnibus constitutio
nibus et partibus constitutionum hac uia iudicationes reperientur
preterquam in coniecturali constitutione Nam in ea nec ratio
quare fecerit queritur · fecisse enim negatur nec firmamentum
exquiritur quoniam non subest ratio quare ex intentione et infi
tiatione iudicatio constituitur hoc modo Intentio est occidisti
aiacem · infitiatio non occidi Iudicatio occideritne Ratio
omnis utriusque orationis ut ante dictum est · ad hanc iudicationem
conferenda est Si plures erunt constitutiones aut partes con
stitutionum iudicationes quoque plures erunt in una causa · sed
omnes simili ratione reperientur Sedulo dedimus operam ut
breuiter et dilucide quibus de rebus adhuc dicendum fuit
diceremus Nunc quoniam satis huius uoluminis magnitudo creuit

comodius est in altero libro de ceteris rbus deinceps exponere
ne qua propter multitudinē lrarū possit animum tuū de
fatigatio retardare. Sed si quo tardius hȩc quę studes absoluent
tum rerū magnitudini tum nr̄is quoque occupationibus assignare
debebis. Verum tamē maturabimus et id quod negotio di
minutū fuit exequbimus industria. ut et pro tuo in nos officio
et nostro in te studio munus hoc accumulantissime tue lar
giamur voluntati

LIBER SECUNDUS

IN PRIMO LIBRO HERENNI BREVITER
exposuimus quas causas oratorem recipe oporteret &
in quibus officiis artis elaborare conveniat & ea of
ficia qua ratione facillime consequi posset. VERUM quia
neque de omnibus rebus poterat simul dici et de maximis re
bus primum scribendum fuit quo cetera tibi faciliora cog
ni uidentur. ita quoque nobis placitum est ut ea que difficillima
essent potissimum conscriberemus. CAUSARUM igitur
tria sunt genera demonstratiuū deliberatiuum iudiciale. Multo
difficillimū iudiciale est. ergo id primū absoluemus. Hoc
& priore libro egimus cum de quinque oratoris officiis tra
ctaremus quorum inuentio prima et difficillima est. ea quoque
nobis erit hoc libro prope modum absoluta sed paruā partem
eius in tertiū volumen transferemus. de sex partibus orationis
primū scribere incepimus. IN PRIMO libro locuti sumus
de exordio narratione diuisione. nec pluribus verbis quam necesse
fuit nec minus dilucide quam te velle existimabamus. Deinde
coniunctim de confirmatione & confutatione dicendum fuit
quare genera constitutionū & earum partes aperuimus. ex
quo simul ostendebatur quomodo constitutionem et partes constitu
tionis causa posita reperiri oporteret. Deinde docuimus iudi

tationem quemadmodum queque conuenisset. qua inuenta curandum
est ut omnis ratio totius orationis ad eam conferatur. postea
ammonuimus causas plures in quibus constitutiones et partes
constitutionis accomodarentur. Reliquum uidebatur esse ut
ostenderemus que ratio posset inuentiones ad unamquamque consti
tutionem aut partem constitutionis accomodare. Et item
quales argumentationes quas greci epichiremata uocant
quas sequi quas uitare oporteret. quorum utrumque pertinet ad con
firmationem et ad confutationem / deinde ad extremum doce
bimus conclusionibus orationum uti oporteat qui locus
erat postremus de sex partibus orationis. Primum ergo queremus
quemadmodum causam quamque tractare conueniat et nimirum
coniecturalem eam que difficillima est consideremus.

IN CAVSA CONIECTVRALI narratio accusatoris suspi
tiones interiectas et dispersas habere debet. ut nihil actum
nihil dictum nusquam uentum aut abitum nihil denique factum
sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem et dilu
cidam expositionem debet habere cum atenuatione suspitionis. Huius
constitutionis ratio in sex partes est distributa. probabilem. col
lationem. signum. argumentum. consecutionem. approbationem. horum
unumquodque quid ualeat aperiemus. Probabile est per quod
probatur expedisse reo peccare et a simili turpitudine numquam
hominem abfuisse. id diuiditur in causam et in uitam. Causa est
ea que induxit eum ad maleficium comodorum spe / aut inco
modorum euitatione. Comodorum spe ita cum queritur numquod
comodum maleficio appetierit. num honorem num pecuniam
num dominationem num aliquam cupiditatem amoris aut eiusmodi
libidinis uoluerit explere / aut numquod incomodum euitarit ini
micitias infamiam dolorem supplicium. Hic accusator in spe co
modi cupiditatem ostendet aduersarii. In euitatione incomodi

formidinē augebit. Defensor autem negabit fuisse causam
si poterit aut eam vehementer extenuabit Deinde iniquū
esse dicet omnes ad quos aliq͂d emolumēti ex aliqua re pervenit
in suspicionē maleficii devocari. deinde vita hominis ex antefactis
spectabitur. in qua p͂mū considerabit accusator num qn̄ simile
quid fecerit Si id non reperierit queret nū qn̄ in similē venit
suspicionē et in eo debebit esse occupatus ut ad eam causam
peccati q̄ paulo ante exposuit vita hominis possit accomodari
hoc modo Si dicet pecunie causa fecisse ostendat eum semp
avarum fuisse / si honoris ambitiosum ita poterit animi
vitiū cum causa peccati conglutinare Et si non poterit
animi vitiū par cum causa reperire reperiat dispar Si non
poterit avarum demonstrare q̄ pecunie causa dicet fecisse
demonstret corruptorem vel perfidum si quo mō poterit De
inde aliis & aliq̄s plurib; vitiis contaminabit psonam. deind'
qui illud fecerit tam nequiter. eundem tam perperā fecis
se non esse mirandum Si vehementer castus et integer
existimabitur adv̄sarius. dicet fcā non famā spectari oportē
illum occultasse ante sua fallacia. se planum facturum ab
eo maleficiū non abesse Defensor p̄mum demonstrabit
vitam integram si poterit. si id non potuit confugiet
ad imprudentiam stultitiam adolescentiam vi psuasionem
quibus de rebus vituperatio eorū ~~erit~~ qui extra ad crimen erit
non debeat assignari Si vehementer hominis turpitudinē
impedietur & infamia / prius dabit operam ut falsos ru-
mores dissipatos esse dicat de innocente ut utetur loco
communi rumoribus credi non oportē Si nihil eorum fieri
potest utatur extrema defensione dicat se nō de morib;
eius apud censores sed de criminibus adv̄sariorum apud iudi
ces dicē COLLACIO est cum accusator id quod adv̄siarū

fecisse criminatur. alii nemini nisi reo bonum fuisse demonstrat. aut alium neminem potuisse perficere nisi adversarium. aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse aut non eque comode potuisse. aut eum fugisse alias rationes comodiores propter cupiditatem hoc loco defensor demonstrabit. oportet aut aliis quoque fuisse bonum. aut alios quoque id quod ipse insimuletur facere potuisse SIGNUM EST per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quesita. id dividitur in partes sex locum. tempus. spatium occasionem spem perficiendi spem celandi. Locus queritur celebris an desertus. semper desertus an tum cum id factum fuerit. in eo loco solitudo sit. sacer an prophanus. publicus vel privatus fuerit. cuiusmodi loci attingant. numquis passus perspectus exauditus esse possit. horum quid reo quid accusatori conveniat perscribere non gravarem nisi facile quis causa posita posset iudicare. Initia enim inventionis ab arte debent proficisci Cetera facile comparabit exercitatio Tempus quoque queritur qua parte anni qua hora. nocte an interdiu & qua die quota hora. noctis factum esse dicatur et cuiusmodi temporibus Spatium ita considerabitur. satisne longum fuerit ad eam rem transigendam Scieritne & potuerit ne scire satis spatii futurum ad id peragendum nam parvi re stat satis spatii fuisse ad perficiendum si id ante sciri & ratione provideri non potuit. Occasio queritur idonea ne fuerit ad eandem eam rem adoriendam an alia melior que aut preterita sit aut non expectata Spes perficiendi que fuerit spectabitur hoc modo Si que supradicta sunt signa concurrerent si preterea ex altera parte. vires pecunia consilium scientia apparatio videbitur fuisse. ex altera imbecillitas inopia stultitia imprudentia inapparatio demonstrabitur fuisse. quare sciri poterit utrum diffidendum an confidendum fuerit

Spes celandi que fuerit queritur ex consiliis arbitriis adiu
toribus liberis aut seruis aut vtrisque ARGUMENTUM est
per quod res arguitur certioribus argumentis et magis firma
suspitione Id diuiditur in tempora tria . preteritum . instans .
consequens In preterito tempore oportet considerare ubi fuerit
vbi visus sit cum quo visus sit num quid apparauit num quid
conuenit . num quid dixerit num quid habuit de consciis de adiutori
bus de adiumentis num quid in loco preter consuetudinem fecerit
aut alieno tempore Instanti tempore queritur num visus sit
cum faciebat . num quid strepitus clamor crepitus exauditus aut
denique num quid aliquo sensu perceptum sit . aspectu auditu ta
ctu odoratu gustu nam quiuis horum sensus potest conflare .
suspitionem In consequenti tempore spectabitur num quid re trans
acta relictum sit quod indicet aut factum esse maleficium
aut a quo sit factum . factum esse hoc modo . si tumore et li
uore decoloratum est corpus mortui significat eum ueneno
necatum A quo factum sit hoc modo Si telum . si uestimentum
si quid eiusmodi relictum sit aut si uestigium rei repertum
fuit . si cruor in uestimentis si in eo loco comprehensus aut
visus transacto negotio quo in loco res gesta dicitur :—

CONSECUCIO est cum queritur que signa nocentis et
innocentis consequi soleant Hic accusator dicet si potuerit
aduersarium cum ad eum uentum sit erubuisse expauisse
titubasse inconstanter locutum esse concidisse pollicitum esse
ad que signa conscientie sunt . si reus nihil horum fecerit
accusator dicet eum usque ad eo premeditatum fuisse quid
sibi esse usu uenturum ut confidentissime resisteret
et responderet que signa confidentie non innocentie sunt
Defensor si pertimuit magnitudine periculi non conscientia
peccati se commotum esse dicet Si non pertimuit fretum

innocentia · negabit esse commotum APPROBACIO est qua
utimur ad extremum confirmata suspicione Ea habet locos
proprios atque communes · propii sunt hii quibus nisi accusator
nemo potest uti et hi quibus nisi defensor nemo potest uti Communes
sunt qui alia in causa a reo alia ab accusatore tractantur
In causa coniecturali proprius locus accusatoris est cum dicit
malorum misereri non oportere · Et cum auget peccati atroci
tatem Defensoris proprius locus est cum misericordiam captat
et cum accusatorem calumniari criminatur Communes loci sunt
cum accusatoris cum defensoris a testibus contra testes · a questi
onibus contra questiones · ab argumentis contra argumenta a ru
moribus contra rumores A testibus dicemus secundum auctorita
tem & vitam testium & constantiam testimoniorum Contra
testes vite turpitudinem · testimoniorum inconstantiam Si autem fieri
non potuisse dicemus aut non factum esse quod dicant · aut
scire illos non potuisse aut cupide dicere et argumentari hec
& ad improbationem & ad probationem testium pertinebunt A
questionibus dicemus cum demonstrabimus nostros maiores vim
inveniendi causa tormentis et cruciatu voluisse queri & summo
dolore homines cogi ut quicquid sciant dicant Et preterea
confirmatior erit hec disputatio si que dicta erunt argu
mentando hisdem viis quibus coniectura omnis tractatur
trahemus ad verisimilem suspicionem Idem quoque hoc in testimoniis facere
oportebit Contra questiones hoc modo dicemus primum ma
iores voluisse certis in rebus interponi questiones ut ea que vere
dicentur sciri possent seu que falso in questione pronuntia
rentur refelli possent hoc modo Quo in loco quid positum
sit & si quid esset simile quod videri aut aliquo simili signo perci
pi posset · Deinde dolori credi non oportere · quia alius alio re
centior sit in dolore quia ingeniosior ad comminiscendum quia denique

sepe sentē a suspiciā possit quid questitor velit audiē qd' cum dixerit intelligat sibi finē doloris futurū Hec disputatio opti me comprobabitur si refellemus q̄ in q̄stionibus erunt dicta pro babili argumentatione . id q̄ ex partibus coniecture quas ante ex posuimus facē oportebit Ab argumentis et signis et ceteris quibus augetur suspicio . dicē hoc mō conueniet Cum multa co currant argumenta et signa que int' se consentiāt rē pspi cuam non suspiciosam videri oportē Item plus oportē signis et argumentis credi q̄ testibus . hec enī hr mō exponi oportet quō re uera gesta sint . testes corrumpi posse ut p̄cio uel grā uel metu uel simultate Contra argumenta et signa et ce teras suspitiones dicemus hc mō Si demostrabimus nullam rem esse quā non suspitionibus quiuis possit criminari Deinde unam q̄q3 suspitionē extenuabimus et dabimus ope ram ut ostendamus nihilomagis in nos eam q̄ in alium q̄ppiam conuenire Indignū facinus esse sine testibus coniec turam & suspitionē firmamenti satis hrē A rumoribus dicemus si negabimus temē famam nasci solē qn subsit aliq et si dicēs tam n̄ fuisse q̄re q̄spiā comminisceretur & fingeret rumores et preterea si ceti fali soleat esse . tn̄ argumenta bimus hunc esse verū Contra rumores dicemus p̄mū si multos esse falsos rumores docebimus et exemplis utemur. d' quibus falsa fama fuit . & aut inimicos nros aut hoīes natura maliuolos et maledictos confinxisse dicemus & aliq̄ con fictam fabulam conferemus q̄ dicamus oīm in ore esse . aut verū rumorem proferemus qui illis aliq̄ turpitudinis afferat nec ei rumori nos fidem hrē debemus ideo q̄ quiuis homo possit q̄uis turpem de quolibet proferre rumorē et con fictam fabulam dissipare . Verū tn̄ si rumor vehement' pro babilis esse videbitur argumentando finā fidē potius abrogaē

Eo q difficilima est tractatu constitutio coniecturalis & in
veris causis sepissime tractanda est . eo diligentius omnes
eius partes perscrutati sumus ut ne parvula quidem titubatione
nione aut offensione impediremur si ad hanc rationem pre
ceptionis assiduitatem exercitationis accomodaremus . nunc ad
legittime constitutionis partes transeamus CUM VE
VOLUNTAS cum scripto dissidere videbitur si a scripto di
cemus his locis utemur secundum narrationem primum scriptoris
collaudatione . deinde scripti recitatione deinde percontatione
scirent ne adversarii id scriptum in lege fuisse aut testa
mento aut stipulatione aut quolibet alio scripto quod ad eandem
rem pertinebit deinde collatione quod scriptum sit cum eo
quod adversarii se fecisse dicunt quid iudicem sequi conveniat
Verum id quod diligenter scriptum an id quod acute sit exco
gitatum . deinde ea sententia que ab adversariis sit excogitata
& scripto attributa contemnetur et infirmabitur deinde que
retur quid ei obfuerit si id voluisset ascribere aut nunquid
non potuerit perscribi deinde a nobis sententia reperietur
& causa proferetur quare id scriptor senserit quod scripserit
et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide breviter co
mode . perfecte cum ratione certa . deinde exempla proferentur
que res cum adversariis sententia reddetur & voluntas ab
ferretur a scripto . potius iudicate sint . deinde ostendetur
quam periculosum sit a scripto recedere Locus comunis est contra
eum qui cum fateatur se contra id quod legibus sancitum
aut testamento perscriptum sit fecisse . tamen facti querit defe
sionem AB SENTENCIA sic dicemus . primum laudabimus
scriptoris comoditatem atque brevitatem quod illud tantum scripsit
quod necesse fuit & illud quod sine scripto intelligi potu
erit non necessarium scribendum putavit deinde dicemus

calumniatoris esse officium v̄ba & l̄ras sequi negligē volū
tatem deinde id quod scriptum sit . aut non posse fieri . a'
non lege non more non natura non equo & bono posse
fieri que om̄ia voluisse scriptorem q̄ rectissime fieri neō
dicet At ea que a nobis sint f̄ta iustissime facta . deīn
contrariam sententiā ꝰ nullam esse aut stultā aut iniustā
aut non posse fieri aut non constaē cum superioribus
et inferioribus sententiis aut cum iure gn̄i aut cū aliis
legibus comunibus aut cum rebus iudicatis dissentire . De
inde exemplorū a voluntate . et contra scriptum iudicatorū
enumeratom̄ . Deinde legum et stipulationū breuiter ex
ceptarum in quibus intelligatur scriptorū voluntas
Locus gn̄is contra eum qui scriptum recitat et scriptoris
voluntatē non interpretat Cum due leges inter se discre
pent uidendum est p̄mū nūq̄ abrogatio uel derogatio
sit deinde vtrum leges ita dissentiant ut altera iubeat
alterā vetet an ita ut altera cogat . altera permittat In
firma enī erit cuis defensio qui negabit se fecisse qd' coge
retur cum altera lex permitteret . plus enī valet sanctio per
missione Item illa defensio tenuis est cum ostenditur
id factum esse quod ea lex sanctiat cui legi abrogatum
aut derogatum sit . id quod posterioē lege sanctitū sit eē
neglectum Cum hec erunt considerata . statim nr̄e legis
expōnē recitatione collaudatione vtemꝰ Deinde contra
rie legis enodabimus voluntatem et eam trahemus ad no
stre cause comodum Deinde de iuridiciali absoluta sumeꝰ
ratiom̄ iuris & queremus partes iuris vtrū cum ea faciat
de qua parte iuris posterius dicemus Si ambiguū est
scriptum puta in duas aut plures sententias trahi possit
hoc mō tractandum est . p̄mū sit ne ambiguū q̄rendum

est Deinde quomodo scriptum est · sed et si id quod adversarii interpre
tantur scriptor fieri voluisset ostendendum · deinde id quod nos
interpretamur et honeste et recte lege more natura · bono et
equo fieri posse Quod adversarii interpretantur ex contrario · ut
esse ambigue scriptum cum intelligatur ut sententia vera sit
Sunt qui arbitrentur ad hanc causam tractandam vehementer
pertinere cognitionem amphilogiarum eam que a dyalecticis pro
fertur Nos vero arbitramur non modo nullo adiumento esse sed
potius maximo impedimento Omnes enim illi dyalectici amphi
logias aucupant eas etiam que parte ex altera sententiam nullam putant
interpretari Itaque et alieni sermonis molesti interpellatores et
scripti cum odiosi cum obscuri interpretes sunt · et dum caute
et expedite loqui volunt infantissimi reperiuntur · ita dum me
tuunt in dicendo · ne quid ambiguum dicant · nomen suum pronun
ciare non possunt · Verum horum pueriles opiniones rectissimis
rationibus cum voles refellemus In presentiarum hoc intercedere non
alienum fuit ut huius infantie garrulam disciplinam contemneremus
Cum diffinitione utemur primum afferemus brevem vocabuli dif
finitionem hoc modo Maiestatem / is minuit qui ea tollit ex
quibus rebus civitatis amplitudo constat · que sunt ea que capiunt
suffragia populi et magistratus consilium Nempe ergo tu et populum
suffragio et magistratum consilio privasti cum pontes disturbasti
Item ex contrario Maiestatem is minuit qui amplitudinem
civitatis detrimento afficiat Ego non affeci sed prohibui
detrimento erarium cum ei conservavi libidini malorum resti
ti maiestatem omnem interire non passus sum · primum ergo vocabuli
sententia breviter ad utilitatem cause accomodata diffinietur
deinde factum nostrum cum ubi descriptione aptabitur Deinde
contrarie descriptionis ratio refelletur si aut falsa erit aut
inutilis aut turpis aut iniuriosa id quod ex iuris partibus sumetur

De iuridiciali

de iuridiciali absoluta de qua loquemur Queritur in tras
lationibus primum num aliquis eius rei actionem petitionem aut
executionem habeat quod non oporteat num alio num tempore loco num
alia lege num alio querente aut agente Hec moribus et legi
bus equo et bono reperientur de quibus dicetur in iuridiciali ab
soluta In causa racionali primum queritur quod in rebus maioribus
aut minoribus aut similibus similiter scriptum aut iudicatum sit
deinde utrum ea res sit similis ei rei de qua agitur an dissimilis
deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit quod voluerit ca
vere quod satis caute putaret propter ceterorum scriptorum simili
dinem De partibus legittime constitutionis satis dictum est nunc
ad iuridicialem revertamur ABSOLUTA iuridiciali consti
tutione utemur cum ipsam rem quam nos fecisse confitemur iure
factam dicemus sine ulla assumptione extrarie defensionis
In ea convenit queri iure ne factum sit de eo causa posita
dicere poterimus si ex quibus partibus ius constat cognoverimus
Constat igitur ex his partibus natura lege consuetudine iudica
to equo et bono pacto Natura ius est quod cognationis
aut pietatis causa observatur quo iure parentes a liberis &
a parentibus liberi coluntur Lege ius est id quod populi iussu
sanctitum est quod genus est ut in ius ~~eas~~ eas cum voteris
Consuetudine ius est id quod sine lege eque ac si legittimum
sit usitatum est quod genus est id quod argentario tuleris expen
sum ab socio eius recte petere possis Iudicatum est id de quo
sententia lata est aut decretum interpositum Ea sepe diversa
sunt ut aliud alio iudici aliud pretori aut consuli aut tri
buno plebis placitum sit et fit ut de eadem re sepe alius ali
ud decreverit aut iudicaverit Quod genus M. drusus
pretor urbanus quod cum de herede mandati ageretur iudi
cium reddidit Sextus iulius non reddidit Item gaius celius

iudex absoluit iniuriarum eum qui lucilium poetam in scenatulo no
minatim leserat. p. mutius eum qui l. actium poetam nomina
uerat. condemnauit Ergo quia possunt res simili de causa dissi
militer iudicate proferri. cum id usu uenerit. iudicem cum iu
dice tempus cum tempore numerum cum numero iudiciorum profe
remus Ex equo et bono ius constat quod ad ueritatem et ad co
munem utilitatem uidetur pertinere Quod genus est ut ma
ior annis .lx. et cui morbus causa est cognitorem det ex eo
ad nouum ius constitui conuenit ex tempore et ex hominis dignitate
Ex pacto ius est si quid inter se pepigerint si quid inter quos con
uenit Pacta sunt que legibus obseruanda sunt hoc modo.
Rem ubi paciscuntur oratore pangunt in comitio at in
foro ante meridiem causam cognoscito Sunt item pacta
que sine legibus cognoscuntur obseruantur ex conuentu que iure
prestare dicuntur. his igitur partibus iniuriam demonstrari con
uenit. ius confirmari. id quod in absoluta iuridiciali faciendum
uidetur Cum ex comparatione queritur utrum satius fuerit
agere id quod reus dicat se fecisse aut id quod accusator
dicat oportuisse fieri. primum queri conueniet utrum fuerit uti
lius ex contentione hoc est utrum ne iustius facilius conducibi
lius deinde oportebit quem ipsum ne oportuerit iudicare. utrum
fuerit utilius an aliorum fuerit statuendi potestas. deinde interponetur
ab accusatore coniectura quare putetur non ea ratione factum esse
quo melius deteriori anteponeretur sed dolo malo negotium
gestum de aliqua probabili causa A defensore refelletur ar
gumentatio coniecturalis de qua ante dictum est Deinde que
reretur oportuit ne uitari ne in eum locum ueniretur His ita
tractatis accusator utetur loco communi in eum qui inutile
utili preposuit. cum statuendi non habuit potestatem De
fensor contra eos qui equum censeant rem perniciosam utili

proponi utetur loco communi per conquestionem & simul defensor
quereret ab accusatoribus ab iudicibus ipsis quid facturi essent si
in eo loco fuissent & tempus & locum rem deliberationem sua
ponet ante oculos TRANSLACIO criminis est cum ab reo facti
causa in aliorum peccatum transfertur Primum querendum est
vere ne in alium crimen transferatur Deinde spectandum
est si eque magnum sit illud peccatum quod in alium trans
feratur atque illud quod reus suscepisse dicatur Deinde opor
tuit ne in ea re peccare in qua alius ante peccavit Deinde
oportuit ne iudicium ante fieri Deinde cum factum iudicium non
sit de illo crimine quod in alium transferatur oporteat ne de
ea re iudicium fieri que res in iudicium non devenit. Locus
communis accusatoris contra eum qui plus censeat vim quam iudi
cia valere oportere & ab adversariis percontabitur accusator quid
futurum sit si idem ceteri faciant ut de indemnatis supplicia
sumant quod eos idem fecisse dicat quod si ipse accusatorem profe
ret in quos crimen transfert. rem. locum. tempus. ante oculos
ponet ut hi qui audient existiment aut non potuisse aut
non utile fuisse rem in iudicium venire CONCESSIO
est per quam nobis ignosci postulamus Ea dividitur in purga
tionem et deprecationem. hic ignoscendi ratio queritur ex his locis
Purgatio est cum consulto negamus a nobis factum Ea
dividitur in necessitudinem fortunam imprudentiam de his partibus
primum ostendendum est. Deinde ad deprecationem revertendum
videtur. Primum considerandum est num per culpam ventum sit in
necessitudinem num in culpam non veniendi necessitudo fece
rit Deinde querendum est quo vis illa devitari potuerit ac
levari Deinde is qui in necessitudinem causam confert ex
pertus ne sit quid contra facere aut excogitare posset Deinde num
que suspiciones ex coniecturali constitutione trahi possint que

significent id consulto factum esse quod necessario accidisse dicat
Deinde si maxime necessitudo quepiam fuit conveniat ne eam
satis idoneam causam putari Si autem imprudentia se reus
peccasse dicat primum queretur utrum potuerit nescire an non potuerit
Deinde utrum data sit opera ut sciretur an non Deinde utrum
casu nescierit an culpa Nam qui se propter vinum aut amorem aut
iracundiam fugisse rationem dicet. is animi vitio videbitur nescisse
non imprudentia. quare non imprudentia se defendet sed culpa
contaminabit personam Deinde coniecturali constitutione
queretur utrum scierit an ignoraverit et considerabitur satis
ne imprudentia presidii debeat esse cum factum esse constet
Cum in fortunam causa confertur et ea re defensor ignosci
reo dicat oportere. eadem omnia videntur consideranda. que
de necessitudine prescripta sunt Etenim omnes hec tres partes
purgationis inter se finitime sunt. ut in omnes eedem res pos
sint accomodari Loci communes in his causis accusatoris
contra eum qui cum se peccasse confiteatur tamen oratione iudices
demoretur Defensoris loci. de humanitate. misericordia voluntatem in
omnibus rebus spectari convenire. que consulto facta non sunt
in eis fraudem esse non oportere Deprecatione utemur cum
fatebimur nos peccasse neque id imprudenter aut fortuitu aut
necessario fuisse dicemus et tamen ignosci nobis postulabimus
Hic ignoscendi ratio queritur ex his locis si plura aut maiora
officia quam maleficia videbuntur constare si qua virtus aut
nobilitas erit in eo qui supplicabit si qua spes erit usui futura
si sine supplicio discesserit si ipse simplex mansuetus et mise
ricors in potestatibus ostendetur fuisse si ea que peccavit non
odio neque crudelitate sed officio et recto studio commotus fecit
si tali de causa aliis quoque ignotum est. si nihil ab eo periculi
nobis futurum videbitur si eum dimissum fecerimus. si nulla

a nostris civibus aut ab aliquo crimine vituperatio ex ea re suscipietur
Loci communes de humanitate fortuna misericordia rerum com-
mutationes. His locis omnibus ex contrario utetur is qui contradicet
cum amplificatione et enumeratione peccatorum. Hec causa iudici-
alis fieri non potest ut in libro primo ostendimus. sed quia potest
ad senatum uel consilium venire non visa est supersedenda.
Cum a nobis crimen removere volumus aut in rem aut in hominem
nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur
querendum erit primum poterit ne tantum quantum reus demon-
strabit is in quem causa conferetur. Et quo modo aut honeste
aut sine periculo potuerit obsisti. Si maxime ita sit num ea
re concedi reo conveniat quod alieno inductu fecerit. Deinde
in coniecturalem trahetur controversiam et disseretur num con-
sulto factum sit. Si causa in rem quandam conferetur et
hec eadem fere et omnia que de necessitudine precepimus con-
sideranda erunt. Quoniam satis ostendisse videmur quibus
argumentationibus in uno quoque genere cause iudicialis uti
conveniret. consequi videtur. ut doceamus quemadmodum ipsas
argumentationes ornate et absolute tractare possimus. Nam
fere non difficile est invenire quid sit cause adiumento.
Difficillimum vero est inventum expolire et expedite pronun-
tiare. Hec enim res facit ut neque diutius quam satis sit in
eisdem locis commoremur nec eodem revolvamur identidem
neque inchoatam argumentationem relinquamus. neque incommode
ad aliam deinde transeamus. Itaque hac ratione et ipsi
meminisse poterimus quid in unoquoque loco diximus et auditor
tum totius cause tum uniuscuiusque argumentationis distri-
butionem percipere et meminisse poterit. Ergo absolutissima et
perfectissima argumentatio est. ea que in quinque partes est distri-
buta. propositionem. rationem. rationis confirmationem exornationem

complexione Propositio est per quam ostendimus summatim quid 1
sit quod probare volumus Ratio est causa que demonstrat
verum esse id quod intendimus brevi subiectione Rationis
confirmatio est ea que pluribus argumentis corroborat breviter
expositam rationem Exornatio est qua utimur ad extremum
rei honestande & locupletande causa confirmata argumentatione
Complexio est que concludit breviter colligens partes ar
gumentationis His igitur quinque partibus ut absolutissime
utamur hoc modo tractabimus argumentationem Causam oste
demus ulixi fuisse quare interficeret aiacem Inimicum enim
acerrimum de medio tollere volebat a quo non iniuria summum
periculum metuebat videbat illo incolumi se incolumem non
futurum . sperabat illius morte salutem sibi comparare :-
Consueverat si iure non potuerat iniuria quam vis inimico
exitium machinari cuius rei mors indigna palamedis testi
monium dat Ergo et metus periculi ortabatur eum interimere
a quo supplicium verebatur et consuetudo peccandi maleficii susci
piendi removebat dubitationem . Omnes enim cum minima peccata
aliqua cum causa suscipiunt . tum vero illa que multo maxima sunt
maleficia aliquo certo emolumento inducti suscipere conantur
Si multos induxit in peccatum pecunie spes si plures sese scelere
contaminarunt imperii cupiditate si multi leve compen
dium fraude maxima comutarunt cui mirum videbitur
istum a maleficio propter acerrimam formidinem non obtem
perasse virum fortissimum integerrimum inimicitiarum et per
sequentissimum iniuria lacessitum ira excitatum si homo nocens
timidus conscius sui peccati insidiosus inimicum esse incolumem
noluit cui tandem hoc mirum videbitur Nam cum feras
bestias videamus alacres et erectas vadere ut alteri bestie
noceant non incredibile est putandum istius quoque animum

ferum crudelem atqꝫ inhuanū cupide ad inimici perniciē pfcm
presertim cum in bestiis nullam neqꝫ bonam neqꝫ malam rōm
videamus in isto plurimas et pessimas rōnes semper
fuisse intelligebamus Si g͞ ut pollicitus sum daturū cām
quam inductus ulixes accessit ad maleficiū et inimicitiarū
acerrimam rōm et periculi metum intercessisse demōstravi
non est dubiū qn confiteatur causam maleficii fuisse Ergo
absolutissima est argumentatio que ex quinqꝫ partibus cō
stat sed ea necesse non semper necesse est uti quia tum
complexione supsedendum est si res brevis est ut facile
mēoria comphendatur . tum exornatio pretermittēda est si
parum locuplex ad amplificandum res videatur esse Sin
brevis argumētatio est et res tenuis aut humilis . tum
exornatione et complexione supsedendum est In omi argu
mentatiō de duabus partibus postremis hec quam exposui
ratio est hnda . g͞o amplissima est argumētatio quīqꝫ ptita
brevissima est tripartita mediocris sublata aut exorna
tione aut complexione quadruptita DUO GENE
ra sunt viciosarum argumētationū unum quod ab adūsa
rio reprehendi potest . idqꝫ ad causam pertinet . alterum
qd tam et si nugatoriū est tn̄ non indiget reprehensiōn
nisi exemplum subiectō intellige dilucide poteris . hec
cognitio viciosarum argumētationū duplicē utilitatē affert
nam et vitare in argumētatiōe viciū admonebit et ab
aliis non vitatum commode reprehendē docebit Quoniā
g͞ ostendimus perfectam et plenā argumentatiōm ex qnqꝫ ptī
bus constaē in una quaqꝫ parte argumētationis que vitia
vitanda sunt consideēmus ut et ipsi ab his viciis recedere
et ab adversariorū argumētatione ac preceptione in oībꝫ
partibus temptaē et ab aliqua parte labefactaē possimus

Expositio vitiosa est cum ab aliqua aut a maiore parte ad omnes
confertur id quod non necessarium est omnibus attributum ut si
quis hoc modo exponat Omnes qui in paupertate sunt malunt
maleficio parare divitias quam officio paupertatem tueri Siquis
hoc modo exposuerit argumentationem ut non curet quaerere qualis
ratio aut confirmatio sit ipsam facile reprehendemus
expositionem cum ostendemus id quod in aliquo paupere improbo
sit. in omnes pauperes falso & iniuria conferri Item vitiosa
expositio est cum id quod raro fit. fieri omnino negabitur hoc
modo Nemo potest uno aspectu neque praeteriens in amorem inci
dere Nam cum nonnemo devenit in amorem uno aspectu et
cum ille ~~neo~~ neminem dixit omnino nihil differt raro id fi
dum modo aliquando fieri aut posse fieri intelligatur Item vitiosa
expositio est cum omnes res ostendemus nos collegisse & aliquam
rem idoneam praeterimus hoc modo Quoniam igitur hominem occisum
constat esse. necesse est aut a predonibus aut ab inimicis
occisum esse aut abs te quem ille heredem testamento ex parte fa
ciebat. predones in illo loco numquam visi sunt. inimicum nullum
habebat. relinquitur ergo si neque a predonibus neque ab inimicis
occisus est. quoniam alteri non erant alteros non habebat ut abs te
sit interemptus. Nam in huiusmodi expositione reprehensione utemur
siquos praeter eos quos ille dixit potuisse suscipere maleficium
ostendemus velut in hoc exemplo cum dixit necesse esse
aut a predonibus aut ab inimicis aut a nobis occisum esse
Dicemus potuisse aut a familia aut a coheredibus nostris
Cum hoc modo illorum collectionem disturbaverimus nobis latio
rem locum defendendi relinquemus Ergo hoc quoque vitan
dum est in expositione nequando cum omnia collegisse videamur
aliquam idoneam partem reliquerimus Item vitiosa expositio est
que constat ex falsa enumeratione ut si cum plura sint. pauciora

dicamus hoc modo · due res sunt sunt indices que omnes
ad maleficium compellunt luxuries & avaritia quid amor
inquiet quispiam quid ambitio quid irreligio quid metus mortis
quid imperii cupiditas quid denique permulta Item falsa enumeratio
est cum pauciora sunt et plura dicimus hoc modo Tres
res sunt que homines sollicitent · metus cupiditas animi egritudo
Satis enim fuerat dixisse metum cupiditatem quoniam egritudinem
cum utraque re coniunctam esse necesse est Item viciosa ex
positio est que nimium longe repetitur hoc modo Omnium ma
lorum stultitia est mater · que parit preterea inmensas
cupiditates Inmense porro cupiditates infinite inmoderate sunt
he pariunt avaritiam avaritia porro hominem ad quodvis male
ficium impellit Ergo avaritia inducti adversarii nostri hoc
in se facinus admiserunt · Hic id quod extremum dictum est
satis fuit exponere ne ennium et ceteros poetas imitemur quibus
hoc modo loqui concessum est Utinam ne in nemore pelio
securibus cesa cecidissent abiegne ad terram trabes neve in
navis inchoande exordium cepissent que nunc nominantur nomine
argo quia argivi in eadem lati viri petebant inauratum
pellem arietis colchis imperio regis pelie per dolum · nam
numquam hera errans medea domo efferret pedem Nam hic
satis erat dicere si id modo quod satis esset curarent dei poete Uti
nam ne hera errans medea domo efferret pedem egro amore
saucia Ergo hac quoque repetitione ab ultimo expositionibus
super sedendum est non enim reprehensionem sed sicut alie complures
sua sponte viciosa est Viciosa vero est que expositionem
nostram non est accomodata vel propter infirmitatem vel propter
vanitatem Infirma vero est que non necessario ondit ita esse
ut expositum est velut apud plautum Amicum castigare
ob meritam noxam inmane est facinus, verum in etate utile

Et conduxibile est hec expositio est uideamus que ratio af
feratur · nam ego amicum meum hodie non castigabo pro comissa
noxa · ex eo quod ipse facturus est non ex eo quod sit conuenit
utile quid sit rationatur Vana ratio est que ex falsa causa constat
hoc modo Amor fugiendus non est nam ex eo uissima na
scitur amicitia · quare hoc modo philosophia uitanda est · Affert enim
secordiam atque desidiam · Nam he rationes nisi false essent
expositiones quarum earum ueras esse confitemur Item est infirma
ratio est que non necessariam causam affert expositionis uelut
patuuius fortunam insanam esse et cecam Et brutam per
hibent philosophi saxi que ad instar globosi esse uolubilem predicunt
Ideo dicunt uolubilem quia quo saxum impulit globosum fors
eo cadere fortunam autumant Cecam ob eam rem iterant quia
nihil cernat quo sese applicet Insanam autem esse aiunt quia
atrox incerta instabilis que sit Brutam quia dignum et indi
gnum nequeat internoscere Sunt alii philosophi qui contra fortunam
negant esse ullam miseriam sed temeritate regi omnia au
tumant · id magis uerisimile esse aiunt quod usus re ipsa co
gnoscit Ergo id fluctu non forte aut fortuna obtigit Nam
hic patuuius infirma ratione utitur cum ait uerius esse teme
ritate quam fortuna res geri nam utraque opinio philosophorum fieri
potuit ut is qui rex fuisset mendicus factus esset Item in
firma ratio est que uidetur pro ratione afferri sed idem dicit
quod in expositione dictum est hoc modo Magno malo est
auaritia hominibus · idcirco quod homines magnis et multis incomo
dis conflictant propter immensam pecunie cupiditatem / nam
hic aliis uerbis idem pro ratione dicit quod dictum est per expositionem
Item infirma ratio est que minus idoneam quam res postulet cau
sam subicit expositionis hoc modo / Utilis est sapientia ·
propterea quod qui sapientes sunt pietatem colere consueuerunt Item

utile est amicos veteres habere. habes enim quibus iocari possis nam in huiusmodi rationibus non universali neque absoluta sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirma ratio est que alii exponi potest accomodari ut facit pacuuius qui eandem affert rationem quare certa quare bruta dicatur fortuna In confirmatione rationis multa & vitanda in nostra & observanda in adversariorum ratione sunt vitia. propterea quia diligentius consideranda que accurata confirmatio rationis totam uehementissime comprobat argumentationem. Vtuntur ergo studiosi in confirmanda ratione dupplici conclusione hoc modo Iniuria abs te afficior indigna puto nam si indignum esse tresponte existimabas cur me huius locasti nuptiis. sin est probus cur talem vitam inuitum cogis relinquere. que hoc modo concludentur aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur Ex contrario hoc modo Nulla te indigna o nata afficio iniuria Si probus est collocaui sin autem improbus. diuortio liberabo te ab incomodis Ex simplici parte reprehendentur si ex duplici conclusione alterutra pars diluitur hoc modo Nam si improbum esse trepontem existimabas cur me huius locabas nuptiis duxi probum erraui post cognoui & fugio cognitum Ergo reprehensio huiusmodi conclusionis duplex est acutior illa superior facilior hec posterior ad excogitandum Item viciosa confirmatio rationis est cum ea re que plures res signat abutimur pro certo vnius rei signo hoc modo. necesse est quem pallet egrotasse aut necesse est peperisse quam sustinet puerum infantem nam hec sua sponte certa signa non habent si non cetera quoque similia concurrerint que si concurrerint non nihil huiusmodi signa adaugent suspitionem Item viciosum est quando uel in aliquem uel in eum ipsum qui dicit id quod in adversarium

dicitur potest convenire hoc modo Miseri sunt qui uxores du
cunt . at tu duxisti alteram Item vitiosum est quod vulga
rem habet defensionem hoc modo . iracundia ductus peccavit
aut adolescentia aut amore Huiuscemodi enim deprecationes
si probabuntur impune in contentione maxima diluentur
Item vitiosum est cum id pro certo sumitur quod inter omnes
non constat quod etiam nunc in controversia est . hoc modo
. eo tu dii quibus est potestas motus superum atque inferum
pacem inter sese conciliant et conferunt concordiam
Nam ita pro suo hoc exemplo usum respondente ennius
induxit quasi iam certis rebus satis ita esse demon
strasset Item vitiosum est quod quasi sero atque actione
gotio dici videtur hoc modo In mentem meam si venisset
quirites non commisissem ut in hunc locum res veniret . nam
hoc aut hoc fecissem sed metum hec ratio fugit Item viti
osum est cum id quod in aperto delicto positum est tamen
aliqua leni tegitur defensione hoc modo Cum te expetebant
omnes florentissimo regno reliqui . nunc cum desertus es ab
omnibus summo periculo solus ut restituam paro Item vitiosum
est quod in aliam partem quam dictum sit potest accipi id est eius
modi . ut si quis potens ac factiosus in contione dixerit satius
esse uti regibus quam uti malis legibus nam hec tamen et si
rei augende causa potest sine malicia dici tamen propter potentiam
eius qui dicit non dicitur sine atroci suspicione Item vitiosum
est falsis aut vulgaribus suspecte diffinitionibus uti / False sunt
huiusmodi ut si quis dicat iniuriam esse nullam nisi que ex pulsa
tione aut convitio constet Vulgares sunt que nichilominus
in aliam rem transferri possunt . ut si quis dicat quadrupla
tor ut breviter dicam capitalis est . Est enim improbus et
pestifer civis Nam nichilo magis quadruplatoris quam furis

quod sicarii aut proditoris attulit diffinitionem. Item vitiosum
est pro argumento sumere id quod in disquisitione positum est
ut siquis quem furti arguat. dicat eum esse hominem improbum
avarum fraudulentum eius rei testimonium esse quod sibi fur
tum fecerit. Item vitiosum est controversiam controversia
solvere hoc modo. non convenit censores istum nobis satis
facere ex eo quod ait se non potuisse adesse ita ut iuratus fuerat
quid si ad exercitum non venisset id ne tribunus militum diceret.
Hoc ideo vitiosum est quia non expedita aut iudicata res
sed impedita et in simili controversia posita exempli loco pro
fertur. Item vitiosum est cum id de quo summa controversia
est parum expeditur et quasi transactum sit relinquitur hoc
modo. Aperte fatetur dicto si intelligas. Ei dari arma iubet
qualis fuit ille qui gessit et iubet potiri si studeamus per
gamo que ego mea profiteor esse. me enim equum est frui
fratris armis in quo adiudicatione vel quod propinquus aut quia
virtutum emulus sum. Item vitiosum est ipsum sibi in oratione
sua dissentire et contra ea que ante dixerat dicere hoc modo.
Qua causa accusem hunc cum id disputando evolvere. Nam
si veretur quod cum accusem qui est probus. Si inveniendum
animum ingenium possidet quod cum accusem quod id primi auditum
existimet non incomoda ratione videtur sibi ostendisse quare
non accusaret quod postea quod erat. invitare absumo dextera
exordio. Item vitiosum est quod dicatur contra iudicis volun
tatem aut eorum qui audiunt si aut partes quibus illi stu
dent aut homines quos illi caros habent ledant. aliquo
huiusmodi vitio leditur auditoris voluntas. Item vitiosum
est non omnes partes confirmare quas pollicitus sis in expositione.
Item verendum est ne de alia re dicatur cum alia de re
controversia sit. in quo huiusmodi vitio considerandum est ne aut

ad rem addat͠ quid aut quippiam . de re detrahatur aut tota cā
mutata in aliam causam ducetur ut apud pacuvium . Zethus
cum amphione quorum controuersia cum de musica inducta ē
disputatio in sapientie rōm et uirtutis utilitatē consumat͠ Itē
considerandum est ne aliud accusatoris criminatio contineat .
aliud defensoris purgatio purget sepe consulto multi ab reo
faciūt angustiis cē coacti . ut siquis cum accusetur ambitu ma
gistratum petisse ab imperatoribus sepe nūo dicat apud exercī
tum se donatum ēē . hoc si diligent͠ in orōne adu̅sariorum
obseruauerimus sepe dephendemus eos de ea re q̄ dicant
non hrē Item uitiosum est artem aut sciam aut studium
quodpiam uituprac̄ ꝓpter eorum uitia qui in eo studiosi sūt
ueluti qui rhethoricam uituperant propt͠ alicuius oratoris
uituperandā uitam Item uitiosum est ex eo ꝙ perperam
fcm̄ constet esse putac̄ ondi a quo homiē fcm̄ sit hoc
modo Mortuū deformatum tumore preditum decoloratū
constat fuisse . ergo ueneno constat negatum . Deinde si
sit in eo usq adeo occupatus ut multi faciūt uenenum
datum uitio non mediocri conflictant͠ . Non enī fcm̄ ne
sit qr̄ . sed a quo fcm̄ sit Item uitiosum est in comparandis
rebus alteram rem efferre de re altera non facē mentionē
aut negligentius disputare ut si compareť utrum facius
sit pplm̄ frumentum accipere an non que cōmoda sint
in altera re curet enuārē que in altera incomoda sint
ueluti de pressa preťeat aut ea que m̄xīa mīma sunt
dicat Item uitiosum est in rebus comparandis necesse pu
tari alteram rem uituperari cum alteram laudes q̄d genꝰ
si queratur utrum maior honos sit hydus albensibus ā
uegentinis ꝙ reipublice et pplō romano profuerūt de
his qui dicat alteros ledat . Non enī necesse est si alteros

preponas alteros uituperes fieri enim potest ut quo alteros magis
laudaris aliquam altius partem laudis attribuas ne cupide
pugnasse contra ueritatem puteris Item uitiosum est de
nomine et uocabulo eius rei controuersiam struere quam rem con
suetudo optime potest iudicare uelut sulpitius qui intercesserat
ne exules quibus dicere causam non licuisset reducerentur
Idem posterius immutata uoluntate cum eandem legem fer
ret aliam se ferre dicebat propter nominum commutationem Nam
exules sed ui eiectos se reducere ~~aget~~ aiebat . proinde quasi
id fuisset in controuersia quo illi nomine appellarentur a populo
romano et quasi non omnes quibus aqua et ignis interdictum
est exules appellentur . uerum illi fortasse ignoscimus si cum
causa fecit nos tamen intelligamus uitiosum esse intendere contro
uersiam propter nominum mutationem QUONIAM ex
ornatio constat ex similibus et exemplis et rebus iudicatis et
amplificationibus et ceteris rebus que pertinent ad exaggerandam
et collocupletandam argumentationem . que sint his rebus uitia
consideremus Simile uitiosum est quod ex aliqua parte dissimile est
nec habet parem rationem comparationis aut sibi obest qui affert
Exemplum uitiosum est si aut falsum est ut reprehendatur
aut improbum ut non sit imitandum aut maius aut minus
quam res postulet Res iudicata uitiose profertur si aut dis
similis de re aut de ea re qua de controuersia non est . aut
si improba aut huiusmodi ut plures aut magis idonee iudi
catae ab aduersariis proferri possint Item uitiosum est id
quod aduersarii factum esse confiteantur de eo argumentari et
planum facere quod constat factum . nam id tamen augeri oportet
Item uitiosum id augere quod conuenit doceri ut si quis quem ar
guat hominem occidisse et antequam satis idoneas argumentationes
attulit augeat peccatum et dicat nihil est indignius quam

hominem occidere. Non enim utrum dignum an non sed factum ne
sit quaeritur. Complexio uitiosa est que non quod cuique primum
sit dictum primum complectitur et que non breuiter concluditur et que
non enumeratione certum et constans aliquid relinquit ut in
telligatur quod propositum in argumentatione sit quid deinde
ratione quid confirmatione quid tota argumentatione demonstratum
Conclusiones que apud grecos epilogi nominantur tripartite
sunt. nam constant ex enumeratione amplificatione et commise
ratione. In quatuor locis uti possumus conclusione. in
principio. secundum narrationem. secundum firmam argumentationem et in
conclusione. Enumeratio est per quam colligimus et commonemus
quibus de rebus uerba fecerimus breuiter ut renouetur non in
tegretur oratio et ordine quicquid erit dictum referimus ut audi
tor si memorie mandauerit ad id quod ipse meminerit reducatur
in qua curandum est ne aut exordio aut narratione repe
tatur enumeratio orationis facta enim et reddita opera compa
rata oratio uidebitur esse artificii significandi ingenii quam ue
dicandi et memorie ostentande causa quapropter initium enumera
tionis sumendum est a diuisione ordine exponende res sunt
que tractate erunt in confirmatione et confutatione. Ampli
ficatio est que per locum communem instigationis auditorum causa
sumitur. loci communes ex decem preceptis commodissime sumuntur
ad augendi criminis causa. Primus locus sumitur ab autori
tate cum memoramus quante cure ea res fuerit diis
immortalibus aut mortalibus maioribus nostris regibus
ciuitatibus nationibus hominibus sapientissimis senatui. Item quo
modis maxime de his rebus legibus sanctitum sit. Secundus lo
cus est cum consideramus illas res de quibus criminamur ad
quos pertineant utrum ad omnis quod atrocissimum est an superiores
quod genus hi sunt a quibus autoritatis locus communis sumitur

·an ad pares hoc est in eisdem partibus animi corporis fortu
narum positos· an ad inferiores qui his rebus omnibus antecel
lunt. Tertius locus est quo percontamur quid sit eventurum
si omnibus idem concedatur et ea re neglecta ostendemus
quid periculorum atque incommodorum consequatur. Quartus lo
cus est quo demonstratur si huic sit remissum multos ala
criores ad maleficia futuros esse quos adhuc expectatio iu
dicii remoratur. Quintus locus est si a sententia aliter iudi
catum sit nullam rem fore que incommodum aut perperam
erratum iudicium corrigere possit quo in loco non incommodum
erit uti ceterarum rerum comparatione ut ostendamus alias
res posse aut vetustate sedari aut consilio corrigi huius non
rei leniende aut corrigende nullam rem adiumento futuram
Sextus locus est cum ostendemus ex consulto factum et dicemus
voluntario facinori nullam esse excusationem imprudentie et
iustam deprecationem paratam. Septimus locus est cum ostende
mus· tetrum facinus· crudele nepharium tirannicum esse quod
genus iniuriarum aut earum rerum aliud quarum rerum causa
bella suscipiuntur et cum hostibus de vita dimicatur. Octavus
locus est quo ostendimus non vulgare sed singulare ma
leficium esse spurcum nefarium et inusitatum quo maturius et
atrocius vindicandum est. Nonus locus constat ex peccatorum
comparatione quasi cum dicamus maius esse maleficium stu
prari ingenuam quam sacrum legere quod alterum propter egestatem
alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus
est per quem omnia que in negotio gerendo sunt acta quaeque rem
consequi solent exponemus acriter et criminose et diligenter
ut agi res et geri negotium videatur rerum. consequentium
enumeratione MISERICORDIA commovebitur auditoribus
si patriam fortunarum commutationem dicemus si ostendimus

in quibus comodis fuimus. quibus qꝫ incomodis simus cõparatõe
Si que nobis futura sint nisi causam obtinuerimus enũerabimꝰ
et ostendimus. et si supplicabimus et nos sub eorum quorũ miãz
captabimus ptãtem subiciemus sig̃. nr̃is pximis pentibus libis
ceũs qꝫ necẽrÿs causarũ sit ppt̃ nr̃as calamitates aperiemꝰ
et siml' ondemus illorum nos sollicitudinẽ et misiã nõ nr̃is
incomodis dolẽ. si de clementia hũilitate miã nr̃a qua in alios
usi sumus apiemꝰ si nos semꝑ aut in malis diu fuisse ondeꝰ
si nr̃m fatum ꝗ fortunã ꝯquẽm si animũ nr̃m fortem patiẽ
tem incomodorum ondemus fuisse Comiseratõm breuem ẽe
oportet. nihil enĩ lacrima citius arescit. Fere locos obscurissĩos
totius artificii tractauimꝰ in hoc libro. Quapropt̃ huic volui
modus hic sit reliquas pceptiones quoad uidebit̃ in triũm
librum transferemꝰ. Hec si ut conquesite conscripsimus ita
diligent̃ tuis consecutus et nobiscũ et sine nobis considerabiꝭ
et nos industriẽ fructus ex tua sciã captabimus et tute nr̃am
diligentiã laudabis tua qꝫ pceptione letabẽ. tu scientior eris
pceptorum artificio. nos alacriores ad reliquũ psoluendum
uerum hec futura scio. te enĩ non ignoro. sed nos deinceps
ad cetã pcepta transeamus ut qđ libentissime facimus tue vo
luntati rectissime morem geramus. L. TERE[N]TUS

AD · OMNEM · IUDICIALEM · CAUSAM · q̃
admodum conueniret inuentiõm rerum accomodari
satis abundant̃ arbitror superioribus libris demõstratũ nũc
earum rõm rerum inueniendarũ que ptinebãt ad causas
deliberatiuas et demõstratiuas in hunc librũ transtulimus
ut omis inueniendi pceptio tibi q̃ple[n]ũ psolueretur reliquę
quatuor ptes erant artificii. De tribus ptibus dicemus in
hoc libro. dispositione. pronũtiatione memoriã. De elocutione

quia plura dicenda uidebantur in quarto libro conscribere maluimus quod ut arbitror tibi librum absolutum mittemus ne quid tibi rhethorice artis de esse possit. Interea prima queque et nobiscum progredi possis. cum noles et interdum sine nobis legendo consequere. ne quid impediare quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. nunc tu fac attentum te prebeas et nos profitisci ad instituta pergemus DELIBERACIONES partim sunt huiusmodi. ut queratur utrum potius faciendum sit partim huiusmodi ut quid potissimum faciendum sit consideretur. utrum potius hoc modo Cartago tollenda an relinquenda uideatur Quid potissimum hoc pacto ut si hanibal consultet. cum ex italia cartaginem accersiatur an in italia remaneat. an domum redeat an in egiptum profectus occupet alexandriam Item deliberationes partim propter aliquam extremam causam ueniunt in deliberationem et consultationem. ut si deliberet senatus bello italico soluat ne legibus scipionem ut eum liceat ante tempus consulem fieri partim et propter se sunt consideranda et magis propter extraneam causam ueniunt in consultationem ut si deliberet senatus bello italico sociis det ciuitatem an non In quibus causis rei natura faciet deliberationem omnis ratio ad ipsam rem accomodabitur In quibus extranea causa conficiet deliberationem in his ipsa causa erit ad augenda aut deprimenda pro omnis orationes eorum qui sententiam dicent. is qui sententiam dicet finem sibi conueniet utilitatis proponere ut omnis totius orationis ratio ad eam conferatur Utilitas in duas partes in tutam et in honestam in ciuili consultatione diuiditur Tuta est que conficit instantis aut consequentis periculi uitationem quilibet ratione hec distribuitur in uim et dolum quorum aut alterum separatim aut utrumque sumemus conuincte uis decernitur per exercitus classes arma tormenta reuocationes hominum et alias

huiusmodi res. Dolus consumitur in pecunia pollicitatione dissimulatione
maturatione et ceteris rebus de quibus magis idoneo tempore
loquemur si quando de re militari aut de administratione rei publice scri
bere velimus. Honesta res dividitur in rectum et laudabile. Rectum
est quod cum virtute et officio fit. Id dividitur in prudentiam
iustitiam fortitudinem modestiam. Prudentia est calliditas
que ratione quadam potest delectum habere malorum et bonorum
dicitur item prudentia scientia cuiusdam artificii. et appellatur pruden
tia multarum rerum memoria et usus complurium negotiorum.
Iustitia est equitas unicuique tribuens pro dignitate cuiusque.
Fortitudo est rerum magnarum appetitio et humilium contemp
tio et laboris cum utilitatis ratione perpessio. Modestia est
in animo continens moderatio cupiditatum. Prudentie partibus
utimur in dicendo si comoda cum incomodis conferamus. cum
alterum sequi. vitare alterum cohortemur. aut si qua in re co
hortabimur. cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere
quomodo aut qua ratione quid fieri oporteat aut si suadebimus
quippiam cuius rei geste aut presentem aut auditam memoriam po
terimus habere qua in re facile id quod velimus exemplo al
lato persuadere poterimus. Iustitie partibus utemur si aut
innocentum aut supplicum misereri dicemus oportere si ostendemus
bene merentibus gratiam referri convenire si demonstrabimus ulcisci
malemeritos oportere. fidem magnopere censebimus conservanda
si leges et mores civitatis egregie dicemus oportere servari
si societates atque amicitias studiose dicemus coli convenire
si quod in parentes ius deos patriam natura comparavit id
religiose colendum monstrabimus. si hospitia clientelas co
gnationes affinitates caste colendas esse dicemus Si nec
pretio nec amicitia gratia nec periculo nec simultate a via recta
ostenderimus deduci oportere Si dicemus in omnibus equabile

ius statui convenire. His itaque atque huiusmodi partibus iustitie si quam rem in contione aut in consilio faciendam censebimus iustam esse ostendemus contrariis partibus iniustam. Ita fiet ut iisdem locis et ad persuadendum et ad dissuadendum simus parati. Sin fortitudinis retinende causa faciendum quid esse dicemus ostendemus res magnas et celsas sequi et appeti oportere et item res humiles et indignas viris fortibus viros fortes contemnere oportere nec eas idoneas dignitate sua iudicare. Item a nulla re honesta periculi aut laboris magnitudine deduci oportere antiquiorem mortem turpitudine habere nullo dolore cogi ut ab officio recedatur. Nullius pro rei veritate metuere inimicitias. Quodlibet pro patria parentibus hospitibus amicis et omnibus his rebus quas iustitia colere cogit adire periculum et quemlibet suscipere laborem. Modestie partibus utemur si nimias libidines honoris pecunie similium que rerum vituperabimus. Si unamquamque rem nature finibus diffiniemus. Si quoad cuique satis sit ostendemus et nimium progredi dissuadebimus et modum uniuscuiusque rei statuemus. Huiusmodi partes virtutis sunt omnibus verbis amplificande si persuadebimus si ab his dehortabimur attenuande ut hec attenuentur que supra demonstravi. Nam nemo erit qui censeat a virtute recedendum verum aut res non eiusmodi dicantur esse ut virtutem possimus egregiam experiri aut in contrariis potius rebus quam in his virtus constare ostendatur. Item si quo pacto poterimus quam is qui dicet contra iustitiam vocat nos demonstrabimus ignaviam esse aut inertiam ac pravam liberalitatem. Quam prudentiam appellabit ineptam et garrulam et odiosam scientiam esse dicemus. Quam ille modestiam dicet esse eam nos inertiam et dissolutam negligentiam esse dicemus. Quam ille fortitudinem nominarit eam nos gladiatoriam

et inconsideratam audaciam appellabimus temeritatem Laudabile est
quod conficit honestam et presentem et sequentem commemorationem
hoc eo nos separamus a recto non quod hec quatuor partes que subi
ciuntur sub vocabulo recti hanc honestatis commemorationem dare
non soleant sed quamquam ex recto laudabile nascitur tamen in di
cendo seorsum tractandum est hoc ab illo Neque enim solum
laudis causa rectum sequi convenit sed si laus consequitur du
plicatur recti appetendi voluntas Cum igitur demonstrandum
erit rectum. laudabile esse demonstrabimus ut ab idoneis hominibus
et si qua res honestiori ordini placeat que a deteriore ordine
improbetur aut aliquibus sociis aut omnibus civibus exteris
nationibus posterisque nostris Cum huiusmodi sit divisio locorum
in consultatione breviter est aperienda totius tractatio cause
Exordiri licebit vel a principio vel ab insinuatione vel hisdem
locis quibus in iudiciali causa Si cuius rei narratio incidet
eadem ratione narrari oportebit quoniam in huiusmodi causis finis est
utilitas et ea dividitur in tutum et honestum Si utrumque poterimus
ostendere utrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse
Sin alterum quod dicturi simus ostendemus Aut si nostram rationem
tutam esse dicemus divisione utemur in vim et consilium
Nam quod in docendo rei dilucidande causa dolum appellavimus
id in dicendo honestius consilium appellabimus Sin rationem nostre
sententiam rectam esse dicemus et omnes partes recti incidet
quadripartita divisione utemur Si non incident quot erunt
tot exponemus in dicendo In confirmatione et confutatione
utemur nostris locis quos ante ostendimus confirmandis. con
trariis confutandis Argumentationis tractande artificiose de
secundo libro ratio petetur sed si accidet ut in consultatione alteri
ab tuta ratione alteri ab honesta ratione sententia sit ut in deliberatione
eorum qui a Poeno circumsessi deliberant quid agant Tutam

eorum si quis adhibet his locis utemur Nullam rem utiliorem
esse incolumitate Virtutibus uti neminem posse qui suas
rationes in tuto collocarit. nec deos quidem esse auxilio eis
qui se inconsulte in periculum mittant Honestum nihil opor
tere existimari quod non salutem pariat Qui tuitionem rei proponit ho
nestam. his locis utetur virtutem nullo tempore esse relinquendam
vel dolorem si timeatur his vel mortem si ea formidetur
dedecore et infamia leviorem esse Considerare que sit tur
pitudo consecutura. at non immortalitatem neque eternam con
sequi incolumitatem. nec esse exploratum illo vitato periculo nul
lum in aliud periculum venturum virtutem vel ultro ad mortem
proficisci preclara esse. fortitudini fortunam quoque esse adiu
mento solere cum tute vivere qui honeste vivat non qui
in presentia ~~tm~~ incolumis. et eum qui turpiter vivat incolumem
in perpetuum esse non posse Conclusionibus fere similibus in his
et in iudicialibus uti solemus. nisi quod in his maxime conducit
quam plurima rerum ante gestarum exempla proferre Nunc ad de
monstrativum genus cause transeamus QUONIAM haec
causa dividitur in laudem et vituperationem quibus ex rebus lau
dem constituerimus ex contrariis rebus erit vituperatio com
parata. Laus igitur potest esse rerum extranearum et corporis et
animi Rerum extranearum sunt ea que casu aut fortuna
secunda aut adversa accidere possunt ut genus educatio divitie
potestates glorie civitas amicitie et que huiusmodi sunt et ea que
his contraria Corporis sunt ea que natura corpori attri
buit. commoda aut incommoda velocitas vires dignitas va
letudo et que contraria sunt Animi sunt ea que consilio
et cogitatione nostra constant. prudentia iustitia fortitudo
modestia et que contraria sunt Erit igitur haec confirmatio
et confutatio nobis In huiusmodi igitur causa principium sumetur —

aut ab nrā aut ab eius de quo loqmur aut ab eorū qui audi
ent psona aut ab re Ab nrā si laudabimus aut officio facere
q causa necessitudinis intercedat aut studio q huiusmodi virtutis sit
ut omnis comemorare debeant velle quod verum sit aut ex aliorum
laude ostendere qualis ur animus sit Si vituperabimus a merito
quod ita ab eo tractati sumus aut studio qd utile putemus esse
ab omnibus unicam maliciā atq nequitiam cognosci. aut quod pla
ceat ostendi quid nobis displiceat ex aliorū vituperacione Ab eius
psona de quo loquimur. si laudabimus dicemus vereri nos ut
illius facta verbis consequi non possimus. omnis illius virtutes pre
dicari oportere. ipā facta omni laudatorū eloquencia anteire Si
vituperabimus ea que videmus contra paucis commutatis dici posse
dicemus ut paulo supra exempli causa demonstratum est Ab
auditorū psona si laudabimus qm nō apud ignaros laudemus
nos monendi causa pauca dicturos. aut si erunt ignari ut
talem virū velint cognoscere petemus. qm in eodem virtutis
studio sint apud quos laudemus quo ille quo laudatus fuit
aut sit sperare nos facile his quibus velimus huius facta
probaturos Contraria vituperacio qm norint nos pauca de
nequicia eius dicturos esse. q si ignorent petemus vti ag
stant vti maliciā vitare possint qm dissimiles sint qui
audiant atq ille qui vituperatur Sperare nos illius vitam ve
hementer eos improbaturos Ab rebus ipsis incertos esse quid po
tissimū laudemus. vereri ne cum multa diximus plura pre
tereamus et que similes sententias habebunt. quibus sententiis
contraria sumuntur a vituperacione PRINCIPIO tractato
aliquatum quas ante commemoravimus eorū narracio non
erit ulla que necessario consequatur Sed si qua incidit cum
aliquod factum eius de quo loquimur nobis narrandū sit cum
laude aut vituperacione preceptio narrandi de primo libro repetetur

Diuisione hac utemur exponemus quas res laudaturi aut
vituperaturi sumus Deinde ut que quo ve tpe res erit gesta ordie
dicemus ut quid q̄ qꝫ tute caute qꝫ egerit intelligatur Sed ex
poně oportebit animi v̄tutes ā vitia · deinde comoda aut incomo
da corporis aut rerū extranearū quō ab animo tractata sint
demonstrač · ordině hunc adhibě in demonstranda vita debeꝰ
Ab externis rebus genus in laude quibus maioribus natus sit
Si bono gen̄e parem aut excellenciorē fuisse Si hūili gn̄e
ipsum suis non in maiorū v̄tutibus hūisse p̄sidiū In vitupacōe
si bono gn̄e dedecora maioribus fuisse si malo tn̄ his ipsis fu
isse detrimento Educatio in laude q̄ bene et honeste ī boīs
disciplinis totius pu̇ritie fuit In vituperatione contra vim
se retraxisse aperte · at corporis comoda a natura ī laude si
sit dignitas aut forma laudi fuisse eam non quēadmodum
ceteris detrimento atqꝫ dedecori Si vires atqꝫ velocitas egre
gia honestatis hec exercitationibus & industriis compata
Si valitudo ex ppetua diligentia et temperanca cupiditatum
In vitupatione si erunt hec corporis comoda his male vsum
dicemus que casu et natura tanq̄ꝫ quilibet gladiator habuit
Si non erunt pret̄ formam omīa ipsius culpa et intempāčia
dicemus accidisse Deinde versemur ad extraneas res et in his
animi v̄tutes aut vicia que fuīnt considerabimus · diuitie an
paupertas fuīt & que ptās que glorie que amicitie que īimicitie
et q̄ fortiter ingerēdis inimiciciis fecerit · cuiꝰ causa suscepit
inimicicias qua fide beniuolencia quo officio gesserit amicicias
In diuitiis qualis ā paupertate cuiꝰmōi fuit · q̄admodum habuit
in ptātibus gerendis aīm Si interierit quomō cuiꝰmodi mors
eius fuit cuiꝰmodi res mortem eius fuit consecuta Ad omnes
autem res in quibus animus hōis maxime considerātur ille q̄uor
animi v̄tutes erunt accomodande ut si laudemꝰ aliud iuste aliud

fortiter aliud modeste et aliud prudenter factum esse dicemus
Si vituperemus aliud iniuste aliud ignave aliud immodeste aliud
stulte factum esse dicemus Perspicuum est iam nimirum ex hac dis
positione quemadmodum sit tractanda tripartita divisio laudis et vi
tuperationis Si illud etiam assumpserimus non necesse esse nos omnes
has partes in laudem et vituperationem transferre · propterea quod sepe ne
incidunt quidem sepe autem ita tenuiter ut non sint necessaria dictu
Quapropter eas partes que firmissime videbuntur legere oportebit
CONCLUSIONIBUS breviter utemur enumeratione ad ex
itum cause in ipsa causa breves et crebras amplificationes inter
ponere oportebit per locos communes Nec hoc genus cause eo quod
raro accidet in vita negligentius commendandum est Neque enim id
quod potest accidere ut faciendum sit aliquando non oportet velle quam accommo
datissime posse facere et si separatione hec causa minus sepe tractatur
at in iudicialibus et in deliberativis causis sepe magne partes versan
tur laudis aut vituperationis Quare in hoc quoque genere cause
non nihil industrie consumendum putemus Nunc absoluta
nobis difficillima parte rhethorice hoc est inventione perpolita atque
ad omne cause genus accommodata . Tempus est ad ceteras partes pro
ficisci · deinceps igitur de dispositione dicemus QVONIAM
dispositio est per quam illa que invenimus in ordinem redigemus
ut certo quicque loco pronuntietur Videndum est cuiusmodi rationem
in disponendo habere conveniat Genera dispositionum sunt duo
unum ab artis institutione profectum alterum ad casum temporis
accommodatum Ex institutione artis disponemus cum sequemur
eam artis preceptionem quam in libro primo exposuimus · hoc est ut utamur
principio, narratione · divisione · confirmatione · confutatione conclusione
· Et hunc ordinem quemadmodum preceptum est ante in dicendo sequamur
Item ex institutione artis non modo totas causas per orationem sed singulas
quasque argumentandi partes disponemus quemadmodum in libro secundo

docuimus .i. exposicionem. racionem. confirmacionem. exornacionem. conclusionem
Hec igitur duplex disposicio est una per oraciones altera per oracionis partes
ab institucione artis profecta. Est autem alia disposicio que cum ab
ordine artificioso secedendum est oratoris iudicio ad tempus
accomodatur ut si ab narracione dicere incipiamus aut ab aliqua
firmissima argumentatione aut ab litterarum aliquarum recitatione
aut si secundum principium confirmacione utemur deinde narracione
aut si quam huiusmodi permutacionem ordinis faciemus quorum nihil nisi
causa postulet fieri oportebit. Nam si vehementer aures audito
rum obtuse videbuntur atque animi defatigati ab adversariis multitudine
verborum commode poterimus principio supersedere. et exordiri causam aut
a narracione aut aliqua firmissima argumentatione. Deinde si commo
dum erit quod non semper necesse est ad principii sententiam reverti licebit
Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere ut nemo equo
animo principium possit audire ab narracione cum inceperimus ad
principii sententiam revertemur. Si narracio parum probabilis exordi
emur ab aliqua firma argumentacione. his commutacionibus et trans
lationibus partium sepe uti necesse est cum ipsa res artificiosam dispo
sicionem artificiose commutare cogit. In confirmacione et confutacione
argumentacionum disposicionem huiusmodi convenit habere. firmissimas
argumentaciones in primis et in postremis cause partibus collocare
mediocres et neque inutiles ad dicendum neque necessarias ad pro
bandum que si separatim ac singule dicantur infirme sunt cum
ceteris coniuncte et firme et probabiles fiunt interponi in medio et
collocari oportet. Nam et statim re narrata expectat animus au
ditoris si qua re causa confirmari possit. Quapropter continuo
firmam aliquam oportet inferre argumentacionem. Et quoniam nuperrime
dictum facile memorie mandatur. utile est cum dicere desinamus
aliquam relinquere in animis auditorum bene firmam argumentacionem
Hec disposicio locorum tamquam instructio militum facile in dicendo

sicut illa in pugnando parat, potius victoriam. PRONUNTIATIONEM
multi maxime utilem oratori dixerunt esse et ad persuadendum
plurimum valere. Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse non
facile diximus. nec egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione
cum sola audacter confirmavimus. Nam commode inventiones
et concinne verborum elocutiones et partium cause artificiose dispo
sitiones et horum omnium diligens memoria sine pronuntiatione
non plus quam sine his pronuntiatio sola valere poterit. Quare et quia
nemo de ea re diligenter scripsit. nam omnes vix posse puta
verunt de voce et vultu et gestu dilucide scribi cum he res ad
sensus nostros pertinerent. et quia magnopere ea pars a nobis ad
dicendum comparanda est non negligenter videtur tota res conside
randa DIVIDITUR igitur pronuntiatio in vocis figuram et
in corporis motum. figura vocis est ea que suum quendam possidet
habitum ratione et industria comparatum. Hec dividitur in tres partes
magnitudinem firmitudinem mollitudinem. Magnitudinem vocis maxime
comparat natura non nihil hanc auget sed maxime curatio con
firmat. firmitudinem vocis maxime comparat natura non
nihil adauget sed maxime conservat exercitatio declamationis.
Mollitudinem vocis hoc est ut eam torquere in dicendo pro nostro
commodo possimus maxime faciet exercitatio mutationis Quapropter
de magnitudine vocis et firmitudinis parte quoniam altera natura
altera cura comparatur nihil nos attinet commonere Communis
enim est res nisi ut ab his qui inscii sunt eius artificii ratio
curandam de vocis petatur De ea parte firmitudinis que conser
vatur ratione declamationis et de mollitudine vocis que maxime
necessaria est oratori quoniam ea quoque moderatione declamationis com
paratur. dicendum videtur firmamentum vocis maxime po
terimus in dicendo conservare si qua maxime sedata et depres
sa voce principia dicemus. nam hic leditur arterie si antequam

voce permulse sunt arteri clamore complentur Et intervallis
longioribus uti convenit. Recreatur enim spiritu vox et arte
rie reticendo quiescunt. et continuum clamorem remittere et ad
sermonem transire oportet Comutaciones enim faciunt ut nullo
genere vocis effuso in omni voce integri simus. et acutas vocis
exclamaciones vitare debemus Ictus enim fit et vulnerantur
arterie acuta atque attenuata nimis acclamatione Et si quis splen
dore vocis consumitur uno clamore et uno spiritu continenter
multa dicere in extrema convenit oratione. fauces enim cale
fiunt et arterie complentur et vox que varie tractata est redu
citur in quedam sonum equabilem atque constantem Quia
sepe rerum nature gratia quedam iure debetur veluti accidit
in hac re. Nam que dicimus ad vocem suandam prodesse. eadem
attinent ad suavitatem pronunciationis. ut quod nostre voci prosit
idem voluntati auditoris prodesse probetur Utile est ad fir
mitudinem sedata vox in principio Quid enim insuavius quam clamor
in exordio cause Intervalla vocem confirmant eadem sententias
concinnatres divisione reddunt. et et auditori spatium cogitandi
relinquunt Conservat vocem continui clamoris remissio. et
auditorem quidem maxime varietas delectat cum sermone animum
eius retinet et exsuscitat clamore locuta exclamacio vocem vul
nerat eadem ledit auditorem quam emendat varietas habet
enim quod deceat inliberale et ad muliebrem potius vociferacionem
quam ad virilem dignitatem in dicendo accomodatum In extrema
oratione vox continens remedio est voci Quid hec eadem
nonne animum vehementissime calefacit auditoris in totius con
clusione cause Quoniam res igitur eedem vocis firmitudini et
pronunciationis suavitati prosunt De utraque re simul erit
in presentia dictum de firmitudine que visa sunt et suavitudine
que coniuncta fuerunt Cetera suo loco paulo post dicemus

MOLLITUDO ergo vocis quoad omnis retorthis preceptionem pertinet diligentius nobis consideranda est Ea diuiditur in sermonem contentionem amplificationem. Sermo est oratio remissa et finitima quottidiane locutioni Contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad confutandum accomodata Amplificatio est oratio que aut ad iracundiam inducit aut ad misericordiam trahit animum auditoris
SERMO diuiditur in partes quatuor dignitatem demonstrationem narrationem et iocationem Dignitas est oratio cum aliqua grauitate et vocis remissione Demonstratio est oratio que docet remissa voce quomodo quid fieri potuerit aut non potuerit Narratio est rerum gestarum aut proinde ut gestarum expositio Iocatio est oratio que ex aliqua re risum prudentem et liberalem potest comparare Contentio diuiditur in continuationem et distributionem Continuatio est orationis enuntiande accelleratio clamosa Distributio est in contentione oratio frequens cum raris et breuibus interuallis acri vociferatione Amplificatio diuiditur in cohortationem et conquestionem Cohortatio est oratio que aliquod peccatum amplificans auditorem ad iracundiam deducit Conquestio est oratio que incomodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit Quoniam igitur mollitudo uocis in tres partes diuisa est et he partes ipse sunt in octo partes alias distribute harum octo partium que cuiusque idonea sit pronuntiatio demonstrandum videtur Sermo cum est in dignitate plenis faucibus sedatissima quam et depressissima voce uti conuenit Ita tamen ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus Cum autem est sermo in demonstratione voce paulullum attenuata crebris interuallis et diuisionibus uti oportet ut in ipsa pronuntiatione eas res quas demonstrabimus inserere atque intersecare videamur in animis auditorum Cum autem est sermo in narratione vocum varietate opus est ut quo quidque pacto gestum sit ita narrari videatur Strennue

quod uolumus ostendere tum celeriuscule dicemus. at aliud ocio
se retardabimus Deinde modo acriter tum clementer meste
hilariter in omnes partes commutabimus ut uerba ita pronuntiationem
Si qua inciderint in narratione dicta rogata responsa et si que ad
mirationes de quibus narrabimus diligenter animaduertemus
ut omnium personarum sensus atque animos uoce exprimamus Sin
erit sermo in iocatione leuiter tremebunda uoce cum parua
significatione risus sine ulla suspicione nimie cachinnationis leniter
oportebit a sermone serio uocem torquere ad liberalem iocum
Cum autem contendere oportebit quoniam id aut per continuationem aut
per distributionem faciendum est In continuatione adaucto medi
ocriter sono uocis uerbis continuandis uocem quoque augere opor
tebit et torquere sonum ac celeriter cum clamore uerba conficere ut
uim uolubilem orationis uociferatio consequi possit In distributione
uocem ab imis faucibus exclamationem quam clarissima adhibere opor
tebit et quantum spatii per singulas exclamationes sumpserimus tantum
per singula interualla spatii consummare iubemur In amplifica
tionibus cum cohortatione utemur uoce attenuissima clamore
leni sono equali commutationibus crebris cum maxima celeritate
In questione utemur uoce depressa inclinato sono crebris inter
uallis longis spatiis magnis commutationibus De figura uocis
satis dictum est nunc de corporis motu dicendum uidetur
Motus est corporis gestus et uultus moderatio quedam que
probabiliora ea reddit que pronuntiantur Conuenit igitur
in uultu pudorem et acrimoniam messe in gestu nec uenusta
tem conspiciendam nec turpitudinem messe ne aut histriones
aut operarii uideamur esse Ad easdem igitur partes in quas
uox est distributa motus quoque corporis ratio uidetur esse acco
modanda Nam si erit sermo in dignitate stantes in uestigio le
mori dextre motu loqui oportebit hylaritate tristitia mediocritate

uultus ad sermonis sententias accomodata Sin erit in demonstratione sermo paululum corpus a ceruicibus dimittemus Nam hoc est a natura datum ut quam proxime tum uultum admoueamus ad auditores si quam rem docere eos et uehementer instigare uelimus Sin erit in narratione sermo idem motus poterit idoneus esse qui paulo ante demonstrabatur in dignitate Sin in iocatione in uultu quandam debemus hilaritatem significare sine commutatione gestus Sin contendemus per continuationem brachio celeri mobili uultu acri aspectu utemur Sin contentio fiet per distributionem porrectione celeri brachii inambulatione pedis dextri rara supplausione acri et defixo aspectu uti oportet Sin utemur amplificatione per cohortationem paulo tardiore et consideratiore gestu conuenit uti similibus ceteris rebus atque in contentione per continuationem Sin utemur amplificatione per conquestionem feminis plangore et capitis ictu non numquam sedato et constanti gestu. mesto et conturbato uultu uti oportebit Non sum nescius quantum susceperim negotii qui motus corporis exprimere uerbis et imitari scriptura conatus sum uoces uerum nec hoc confisus sum posse fieri ut de his rebus satis comode scribi posset. nec si id fieri non posset hoc quod feci fore inutile putabam propterea quod hic admonere uolumus quod oportet reliqua tradamus exercitationi Hoc tamen scire oportet pronuntiationem bonam id perficere ut res ex animo agi uideatur Nunc ad thezaurum inuentorum atque ad omnium partium rethorice custodem memoriam transeamus MEMORIA uero utrum quiddam habeat artificiosi an omnis a natura proficiscatur aliud dicendi tempus dabitur idoneum Nunc proinde atque constet in hac re multum ualere artem et preceptionem ita de ea re loquemur placet enim nobis esse artificium memorie quare autem placeat alias ostendemus in presentia cuiusmodi sit ea aperiemus Sunt igitur

due memorie vna n̄alis altera artifitiosa Naturalis est ea
que n̄ris an̄is insita est et sil' cum cogitatoē nata Artifitio
sa est ea q̄ confirmat inductio quedam et rō p̄ceptionis Sȝ
quia in ceteris rebus ingenii bonitas imitat' sepe doctrinā ars
porro nature comoda confirmāt et auget. ita fit in hac
re ut nō nunq̄ naturalis memoria cuipiam data est egregia silis
sit huic artifitiose. porro hec artifitiosa nature comoda ~~con-~~
~~firmat et auget~~ retinet et amplificat rōne doctrine Quapp'
et naturalis memoria p̄ceptione confirmanda est ut sit egre
gia et hec que doctrīa datur indiget ingenii nec hoc
magis aut minus in hac re q̄ in ceteris rebus fit ut ingeīo
doctrīa p̄ceptiō natura nitescat quare et illis qui natura
memores sunt utilis hec erit institutio quod tute paulo
post poteris intellige'. et si illi suo freti ingenio nrā pre
ceptione non indigent tn̄ iusta cā datur quare his q̄ minus
ingenii hn̄t adiumento velimus esse Nuc d' artifitiosa memoria
loquemur CONSTAT igit' artifitiosa memoria ex locis et
imaginibus locos appellamus eos qui breuit' et p̄fc̄e insig̃te
aut natura aut manu sunt absoluti ut eos facile naturali me
moria comp̄hende' et complecti queamus ut edes intercolum
nium angulum fornicem et alia que his sunt similia Imagi
nes sunt forme quedam et note et simlacra eius rei quam
meminisse volumus Quod genus equi leonis aquile si velimus
hrē memoria imagines eorum in certis locis collocare nos
oportebit Nunc cuiusmodi locos inuenire et quo pacto rep
ire et in locis imagines constitue' oporteat ostendemus
Quemadmodum g' qui lr̄as sciunt p̄nt id quod dic̄m est scribe'
et recitare qd scripserunt ita qui in modica didicerunt p̄nt
ea que didicerunt in locis collocare et ex his memorit' pro
nunciare. loci enim cere aut carte simillimi sunt imagines

leis. disposicio et collocacio imaginum scripture pronunciacio locis
Oportet igitur si volumus multa meminisse multos nobis locos
comparare ut in multis locis multas etiam imagines collocare possimus
Item putamus hos locos ex ordine comparari oportere nequando
perturbacione ordinis impediamur que secius quoto quoque loco libe
bit vel a superiore vel ab inferiore vel a media parte imagines
sequi ut ea que ad mandata locis erunt inde et proferre possi
mus. Nam ut si in ordine stantes notos quam plures viderimus nihil
nostra intersit utrum a summo an ab imo an a medio nomina eorum
dicere incipiamus ita ut in locis ex ordine collocatis eveniet ut
in qualibet partem quoto quoque loco libebit imaginibus commoni
ti dicere possimus id quod locis mandaverimus qua re placeat et
ex ordine locos comparare et locos quos sumpserimus egregie
commoditer notare oportebit ut perpetuo nobis herere possint
Nam imagines sicut littere ubi nihil utimur delentur loci tamquam
cera remanere debent Et ne forte in numero locorum falli pos
simus quintum placet quemque notari quod genus si in quinto loco
manum auream collocemus in decimo aliquem cui prenomen sit de
cius deinde facile erit similes notas quinto quoque loco collocare
Item commodius est in deserta quam in celebri regione locos comp
are propterea quod frequentia et obambulacio hominum conturbat et
infirmat imaginum notas solitudo conservat integras simula
crorum figuras Preterea dissimiles forma natura loci comparandi
sunt ut distincte interlucere possint Nam si quis multa intercolu
mnia sumpserit conturbabitur similitudine ut ignoret quid in quo
quoque loco collocarit Et magnitudine modicos et mediocres locos habere
oportet nam et preter modum ampli vagas imagines reddunt
et nimis angusti sepe non videntur posse capere imaginum colloca
cionem Item nec nimis illustres nec vehementer obscuros locos
habere oportet ne aut obtegantur tenebris imagines aut splendore

perfulgeant Intervalla locorum mediocria noluit esse fere paulo
plus aut minus pedum tricenum nam ut aspectus ita cogitatio
minus valet sive nimis procul removeris sive vehementer prope
admoveris id quod oportet videri Sed quamquam facile est ei qui paulo
plus exploravit et quamvis multos et idoneos locos comparare tamen
si quis ad ista idoneum se invenire non potuerit ipse sibi constitu-
at quam volet multos licebit Cogitatio enim quamvis regionem potest
amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabri-
cari et architectari Quare licebit si hac prompta copia con-
tendi non erimus nosmetipsos cogitatione intra regionem constituere
et idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare. De lo-
cis satis dictum est. nunc ad imaginum rationes transeamus Quoniam
ergo rerum similitudines imagines esse oportet ex omnibus nobis
notas nobis similitudines eligere debemus Duplices igitur
similitudines esse debent. unae rerum alterae verborum Rerum
similitudines exprimuntur cum summatim ipsorum negotiorum ima-
gines comparamus Verborum similitudines constituuntur cum
uniuscuiusque nominis et vocabuli memoria notatur Rei totius
memoriam saepe una nota et imagine simplici comprehendimus
hoc modo ut si accusator dixerit ab reo hominem veneno necatum
et hereditatis causa factum arguerit et eius rei multos dixerit testes
et conscios esse Si hoc primum ut ad defendendum nobis ex-
peditum est meminisse volemus In primo loco rei totius ima-
ginem conformabimus egrotum in lecto cubantem faciemus
ipsum illum de quo agetur si formam eius detinebimus si
eum non agnoverimus aliquem egrotum non de minimo loco su-
memus ut cito in mentem venire possit et reum ad lectum
eius statuemus. dextera poculum sinistra tabulas medio ario
tinos testiculos tenentem hoc modo et testium et hereditatis et
veneno necati memoriam habere poterimus Ita deinceps cetera

crimina exordine in locis ponemus · et quotienscumque rem memi
se uolemus si formarum dispositione et imaginum diligenti nota
tione utemur · facile ea que uolumus memoria consequemur :–
CUM verborum similitudines imaginibus exprimere uolemus
plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus id
nos hoc modo facere oportebit Jam domi ultionem reges atride pa
rant In loco constituere oportet manus ad celum tollentem domi
tium cum a regibus martis loris cedatur · hoc erit · Jam domi ul
tionem reges in altero loco esopum et cimbrum subordinari ut
ab ephigenia uagantem ad agamenonem et menelaum hoc erit atri
de parant · hoc modo omnia verba erunt expressa Sed hec imagi
num conformatio tum valet si naturalem memoriam exsuscitauimus
hac notatione ut uersu posito ipsi nobiscum primum transeamus bis
aut ter eum uersum deinde tum imaginibus verba exprimamus hoc
modo nature suppeditabit doctrina Nam cum exutraque altera est
separata minus erit ita tamen ut multo plus in doctrina atque arte pre
sidii sit quod docere non grauaremur nisi metueremus ne cum ab
instituto nostro recessissemus minus commode seruaretur hec di
lucida breuitas preceptionis NUNC quoniam solet accidere ut ima
gines partim firme et ad mouendum idonee sint · partim im
becilles et infirme que uix memoriam possint excitare qua
de causa utrumque fiat · considerandum est ut cognita causa quas
uitemus et quas sequamur imagines scire possimus Docet
nos ergo ipsa natura quid fieri oporteat · nam si quas res in vita
videmus paruas usitatas quottidianas eas meminisse non solemus
propterea quod nulla nisi noua aut admirabili re commouetur animus
at si quid uidemus aut audimus egregie turpe aut honestum
inusitatum magnum incredibile periculosum ridiculum id diu me
minisse consueuimus Itaque quas res ante ora uidemus aut au
dimus obliuiscimur plerumque que acciderunt in pueritia meminimus

optime sepe Nec hoc alia de causa potest accidere nisi quod usitate
res facile e memoria elabuntur insignes et nove manent
in animo diutius ut solis ortus rursus atque occasus nemo admi
ratur propterea quia quottidie fiunt at eclipsim solis mirantur
quia raro accidit et solis eclipsim magis mirantur quam lune pro
pterea quod he crebriores sunt. Docet ergo se natura vulgari et
usitata re non exsuscitari. novitate vero et insigni quodam nego
tio commoveri. Imitetur igitur ars naturam et quod ea desideret in
veniet si quod ostendit natura sequatur nihil enim est quod aut
natura extremum non invenerit aut doctrina primum. sed rerum
principia ab ingenio profecta sunt et exitus disciplina comparantur
Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit quod genus
in memoria diutissime potest manere hec res accidet si quam maxime
notas similitudines constituemus si non multas nec vagas sed
aliquid notum agentes imagines ponemus si egregiam pulcritu
dinem aut unicam turpitudinem eis attribuemus si aliquas res
exornabimus ut si coronis aut veste purpurea quo nobis sit
notior similitudo aut si quam rem deformabimus ut si cruen
tam aut ceno oblitam aut rubrica delibutam inducamus
quo magis insignita sit forma aut si ridiculosas res aliquas
imaginibus attribuamus. nam ea res quoque fiet ut facilius
meminisse possimus nam quas res veras facile meminerimus
easdem fictas et diligenter notatas meminisse non difficile est
Sed illud facere oportebit ut identidem primos quosque locos ima
ginum renovandarum causa celeriter animo pervagemus
Scio plerosque grecos qui de memoria scripserunt fecisse ut
multorum verborum. imagines conscriberent ut qui eas ediscere
vellent paratas haberent ne quid in querendo consumerent operis
Quorum rationem aliquot de causis improbamus Primum quod
in verborum innumerabilium multitudine ridiculum sit imagines comparare

quantum enim potuit hoc valere cum ex infinita verborum copia
modo aliud modo aliud nos verbum meminisse oportebit Deinde cur
volumus ab industria quemquam removere ut ne quid ipse querat cum
nos illi omnia parata quesita tradamus Preterea similitudine alia
alius magis commovetur Nam ut sepe formam si quam similem cupiam
dixerimus esse non omnes habemus defensores · quod alii videtur aliud ita
fit in imaginibus ut que nobis diligenter nota sit ea parum vi
deatur insignis aliis quare sibi quemque suo commodo convenit
imagines comparare Postremo preceptoris est docere quemadmodum
queri quicque conveniat et unum aliquod aut alterum non omnia que
erunt eius generis exempli causa subicere quo res possit esse dilu
cidior ut quemadmodum cum de prohemiis ~~disputandis~~ querendis
disputamus rationem damus querendi non mille prohemiorum genera
conscribimus ita arbitramur de imaginibus fieri convenire Nunc
ne forte verborum memoriam aut nimis difficilem aut parum uti
lem arbitreris ipsarum quod rerum memoria contentus sis que et
utiliores sint et plus habeant facilitatis · admonendus es quare
verborum memoriam non improbemus · nam putamus oportere eos qui
velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse in
rebus difficilioribus esse ante exercitatos nec nos hanc verborum
memoriam inducimus ut versus tamen possimus meminisse sed ut
hac exercitatione illa rerum memoria que pertinet ad utilitatem
confirmetur vel ut ab hac difficili consuetudine sine labore ad
illam facilitatem transire possimus Sed cum in omni disciplina
infirma sit artis preceptio sine summa assiduitate exercitationis tum
vero in memoriis minimum valet doctrina · nisi industria studio
labore diligentia comprobetur Quamplurimos locos ut habeas et
quam maxime ad precepta accommodatos curare debebis In ima
ginibus collocandis exerceri quottidie convenient Non enim sicut
a ceteris studiis abducimur non numquam occupatione ita ab hac

re prius nos causa deducit aliqua numquam est enim cum quid aliquid in medio
tradere velimus et tum maxime cum aliquo maiore negotio de
tinemur Quare cum sit utile facile meminisse non te fallat quod
tantopere utile sit quanto labore sit appetendum quod poteris
existimare utilitate cognita. pluribus verbis ad eam te hortari non
est sententia ne aut tuo studio diffisi aut minus quam res postu
lat dixisse videamur De quinta parte retorice deinceps dicemus
tu primas quasque partes in animo frequenta tuo . et quod maxime ne
cesse est exercitatione confirma LIBER QUARTUS

QUONIAM·IN·HOC LIBRO·HERENNI
de elocutione conscripsimus· et quibuscumque in rebus opus
fuit exemplis nostris usi sumus et hoc fecimus preter grecorum
consuetudinem qui de hac re scripserunt necessario faciendum
est ut paucis rationem nostri consilii demus atque hoc nos necessitudine
facere non studio satis erit signi quod in superioribus libris nihil
neque ante rem preter rem locuti sumus Nunc si pauca que
res postulat diximus tibi id quod reliquum est artis ita ut in
struimus persolvemus Sed facilius rationem intelliges si quid
prius illi dicant cognoveris Compluribus de causis putant opor
tere cum ipsi preceperint quo pacto oporteat ornare elocutionem
unumquodque genus ab oratore aut poeta probato sumptum ponere
exemplum Et primum se id modestia commotos facere dicunt·
propter quod videatur esse ostentatio quedam non satis habere
precipere de artificio sed et ipsos videri velle artificiose gignere
exempla hoc est inquiunt ostentare se non ostendere artem Qua-
re pudor in primis est ad eam rem impedimento ne nos solos
probare et amare videamus et cum tum possimus ab ennio
sumere aut a graco ponere exemplum · videtur esse arrogantia
illa relinquere et ad sua devenire Preterea exempla testimoniorum

locum obtinent id enim quod admonuit et leniter fecit preceptio
exemplo sicut testimonio comprobatur Non igitur ridiculus sit si quis
in lite aut in iudicio domestico testimonio pugnet. ut enim testimonium
sit exemplum rei confirmande causa sumitur Non igitur oportet hoc
nisi a probatissimo sumi ne quod aliud confirmare debeat egeat id
ipsum confirmationis Etenim necesse est aut se omnibus anteponant
et sua maxime probent. aut negent optima esse exempla que a
probatissimis oratoribus aut poetis sumpta sint si se omnibus ante
ponant intollerabili arrogantia sunt Si quos sibi preponant et
eorum exempla suis exemplis non putent prestare non possunt
dicere quare sibi illos anteponant Quid igitur ipsa autoritas
antiquorum Nam quo res est probabilior. eo tum hominum studia ad
imitandum alacriora reddit. ymo erigit omnium cupiditates et
acuit industriam cum spes iniecta est posse imitando gracchi
aut crassi consequi facultatem Postremo hoc ipsum summum
est artificium res varias et dispares in tot poematibus et orationibus
sparsas et vage disiectas ita diligenter eligere ut unumquodque genus
exemplorum sub singulos artis locos subicere possis. hoc si industria
solum fieri posset. tamen essemus laudandi cum talem laborem non
fugissemus Nunc sine summo artificio non potest fieri Quis enim hoc
cum summe teneat artem possit ea que iubeat ars de tanta et
tam diffusa scriptura notare et separare Ceteri cum legant.
orationes bonas aut poemata probant oratores et poetas neque
intelligunt quare commoti probent quod scire non possunt ubi sit
nec quid sit nec quomodo factum sit id quod maxime eos delectet
At is qui hec omnia intelligit et idonea maxime eligit et omnia
in arte maxime scribenda redigit in singulas rationes preceptionis
necesse est eius rei summus pontifex sit Hoc igitur ipsum maximum
artificium est in arte sua posse et alienis uti exemplis. Hec illi
cum dicunt magis nova autoritate nos commonent quam ratione

disputationis Illud vereamur ne cui satis sit ad contrariam rationem
probandam quod ab ea parte steterint hi qui inventores huius
artificii fuerint et vetustate iam satis omnibus probati sunt
quod si illorum auctoritate remota res omnes volent cum re comparare
intelligent non omnia esse concedenda antiquitati Primum
igitur quod ab eis de modestia dicitur videamus ne nimium pueriliter
proferatur. Nam si tacere aut nihil scribere modestia est cur quicquam
scribunt aut loquuntur Sin aliquid suum scribunt cur quo secius
omnia scribant impediuntur modestia quasi si quis ad olimpiacum
venerit cursum et steterit ut mittatur impudentes dicat eos qui currere
coeperint ipse intra carcerem stat et narrat aliis quomodo ladas aut
boius cum sisoniis cursitaret Sic isti qui in artis curriculum de
scenderunt illos qui in eo quod est artificii elaborent aiunt fa
cere immodeste ipsi vero aliquem antiquum oratorem aut poetam
laudant aut scripturam. sicut in studium rhetorice prodire
non audeant non ausim dicere sed tamen vereor neque in re laudem
modestie venentur. in ea ipsa re sint impudentes Quid enim
tibi vis aliquis inquiat artem tuam scribis gignis nobis novas
preceptiones eas ipse confirmare non potes ab aliis exempla sumis
vide ne facias impudenter qui tuo nomini velis ex alienis la
boribus librare laudem nam si eorum volumina prehenderint antiqui
oratores et poete et suum quisque de libris sustulerit nihil istis
quod suum velint relinquetur At exempla quoniam testimoniorum similia sunt
ita convenit ut testimonia ab hominibus probatissimis sumi Primum
omnium exempla ponuntur hec non confirmandi causa neque testificandi sed
demonstrandi Non enim cum dicimus esse exornationem que verbi causa
constet ex similiter desinentibus verbis et ponimus hoc exemplum a Cras
so quod possumus et debemus testimonium non collocamus sed exemplum
hoc interest inter testimonium et exemplum. exemplo demonstratur et
quod dicimus cuiusmodi sit testimonio esse illud ita ut nos dicimus

confirmatur Preterea oportet testimonium cum re convenire · aliter enim rem non potest confirmare · at id quod illi faciunt cum re non convenit Quid ita quia pollicentur se artem scribere exempla proferunt ab his plerumque qui artem nescierunt Tum quis est qui possit id quod de arte scripserit comprobare nisi aliquid scribat ex arte contra atque faciunt quam pollicere videntur Nam cum scribere artem instituunt videntur dicere se excogitasse quod alios doceant · cum vero scribunt ostendunt nobis quid alii excogitarint Et hoc ipsum difficile est inquiunt eligere de multas Quid dicitis difficile utrum laboriosum an artificiosum Si artificiosum non statim preclarum Sunt enim multa laboriosa que si faciatis non continuo gloriemini nisi forte et si vestra manu fabulas aut orationes totas transscripseritis gloriosum putaretis Sin autem illud artificiosum egregium dicitis videte ne insueti rerum maiorum videamini si nos parua res sicut magna delectavit Nam isto modo se legere quidem rudis nemo potest sed sine summo artificio multi Quisquis enim audit de arte paulo plus in locutione presertim omnia videre potest que ex arte dicuntur facere nemo poterit nisi eruditus Itaque si de tragediis velis sententias eligere aut de pacuuianis periodis · non quia plane rudis id facere nemo potest cum feceris te litteratissimum putes ineptus sis propterea quod id facere facile quis mediocriter litteratus Item si cum orationibus aut poematibus elegeris exempla que certis signis artificii notata sint · quia rudis id nemo facere possit artificiosissime te facere putes erras propterea quod isto signo videmus te non nihil huius rei aliis signis multa te scire non intelligimus Quod si artificiosum est intelligere que sint ex arte scripta multo est artificiosius ipsum scribere ex arte Qui enim scribit artificiose · ab aliis commode scripta facile intelligere poterit Qui eliget facile non continuo ipse commode scribat Et si est maxime artificiosum alio tempore utantur ea facultate

non tamen ru parere ipsi et gignere et proferre debent Postremo
in eo vim artificii consumant. ut ipsi ab aliis potius eligendi
quam aliorum electores existimantur Contra ea que ab his dicuntur
qui dicunt alienis exemplis uti oportere satis est dictum. nunc sep
atim que dici possunt consideremus. Dicimus ergo eos tum ideo
quod alienis utantur peccare tum magis etiam delinquere quod
a multis exempla sumunt. sed de eo quod postea diximus antea
videamus Si concedemus aliena oportere exempla sumere. illos
nimus vincemus oportere primum quod contra nulla staret illorum
ratio hec enim eligerent et probarent quilibet qui sibi in omnes
res suppeditaret exempla vel poetam vel oratorem cuius aucto
ritate niterentur Deinde interest magni eius qui discere vult
utrum omnia ab uno an omnia ab nemine an aliud ab alio putet
consequi posse Si enim putabit omnia per unum posse consistere
ipse quoque ad omnem nitetur facultatem. si id desperabit in
paucis se exercebit ipsis enim contentus erit nec mirum cum
ipse preceptor artis omnia penes unum experiri non potuerit
Allatis igitur exemplis a cathone a graccho a lelio a scipione
galba porcina crasso antonio ceteris sumptis aliis a poetis et
historiarum scriptoribus necesse erit eum qui discet putare
ab omnibus omnia. ab uno et pauca vix potuisse sumi Quare
se unius alicuius esse similem satis habebit omnia que omnes ha
buerunt solum habere se posse diffidet Ergo inutile est ei qui
discere vult putare a nemine omnia posse habere. igitur nemo in hanc
incideret opinionem si ab uno exempla sumpsissent Nunc hoc si
gnum est ipsos artis scriptores non putasse unum potuisse in omnibus
elocutionibus elocutionis partibus enitere quin neque sua protulerunt
neque unius alicuius aut denique duorum sed ab omnibus ora
toribus et poetis exempla sumpserunt Deinde si quis velit
artem demonstrare nihil prodesse ad dicendum non male

vtatur hoc adiumento quod vnius artis omnes partes consequi nemo
potuit Quid igitur iuvat rem eorum qui omnino improbant
artem id ridiculum est ipsum scriptorem artis suo iudicio comprobare
Ergo ab vno sumenda fuisse docuimus exempla si semper ali
unde sumentur Nunc omnino aliunde sumenda non fuisse sic in
telligimus primum omnium quod ab artis scriptore affertur exemplum
de eius artificio debet esse ut si quis purpuram aut aliud quippiam
vendens dicat sume a me sed huius exemplum aliunde rogabo tibi
quod ostendam si mercees ipsi qui uendicant aliunde exemplum quaritant
aut in arte acervos se dicunt tritici habere sed eorum exemplum
pugno non habent quod ostendant si triptolemus cum omnibus semen lar
giretur ipse ab aliis hominibus id mutuaretur. Aut si prometheus
cum mortalibus ignem dividere vellet ipse a vicinis cum testa am
bulans carbunculos corrogaret nonne ridiculus videretur Isti ma
gistri omnium dicendi preceptores nonne videntur se sibi ridiculo fa
cere cum id quod aliis pollicentur ab aliis querunt Si quis se fon
tes maximos penitus absconditos aperuisse dicat. et hic sitiens
quam maxime loquatur neque habeat quo sitim sedet. nonne videbitur
Isti enim cum non modo dominos se fontium sed se ipsos fontes esse dicant
et omnium rigare debeant ingenia. non putant fore ridiculum si cum
id polliceantur arescant ipsi siccitate Chares a lisippo statuas fa
cere non isto modo didicit ut lisippus caput ostendit et mironium
brachia proxiletus pectus policretus ventrem et crura sed omnia
coram magistrum facientem videbat ceterorum opera vel sua sponte po
terat considerare Isti credunt eos qui volunt adiscere alia ratione
doceri posse commodius Preterea ne possunt quidem ea que sumuntur
ab his exempla tam esse accomodata ad artem propterea quod in
dicendo leniter vnusquisque locus plurimum quod tangitur. ne ars appareat
in precipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla uti in artis
formam convenire possint et post in dicendo ne possit ars eminere

et ab omnibus videri facultate oratoris occultatur. ergo. et ut ars magis cognoscatur suis exemplis melius est uti. Postremo hec quoque res nos duxit ad rationem quod nomina rerum greca que utimque ea remota sint a consuetudine. que enim res apud nos non erant earum nomina non poterant esse usitata. Ergo hec asperiora primo videantur necesse est id quod fiet rei non nostra difficultate et reliquum scripture consumentur in exemplis hec aliena si posuissemus. factum esset ut quod commodius esset in hoc libro id nostrum non esset quod asperius et inusitatius id nobis proprie attribueretur. ergo hanc quoque incommoditatem fugimus. His de causis cum artis inventionem grecorum probassemus. exemplorum rationem secuti non sumus. nunc tempus postulat ut ad elocutionis precepta transeamus. BIPARTITA autem erit elocutionis preceptio primum dicemus quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse. deinde ostendemus quas res semper habere debeat. SUNT ergo tria genera que nos figuras appellamus in quibus omnis oratio non viciosa consumitur. unam gravem alteram mediocrem. terciam extenuatam vocamus. Gravis est que constat ex verborum gravium magna et ornata constructione. Mediocris est que constat ex humiliore. neque tamen ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Attenuata est que tracta est usque ad usitatissimam puri consuetudinem sermonis. IN GRAVI figura consumetur oratio si que cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri sive propria sive extranea ad unamquamque accommodabuntur et si graves sententie que in amplificatione et commiseratione tractantur eligentur et si exornationes sententiarum aut verborum que gravitatem habebunt de quibus post dicemus adhibebuntur. in hoc genere figure erit hoc exemplum. Nam quis est vestrum iudices qui satis idoneam possit in eum excogitare penam qui prodere hostibus patriam cogitavit. Quod huic maleficium potest

cum hoc scelere comparari. quod huic maleficio dignum supplicium
possit inveniri In his qui violassent ingenuam matrem familias con
stuprassent aut postremo necassent maxima supplicia maiores
nostri conscripserunt huic autem truculentissimo ac nefario sceleri
singularem penam non reliquerunt atque in aliis maleficiis ad
singulos aut ad paucos ex alieno peccato iniuria pervenit. huius
sceleris qui sunt affines uno consilio universis civibus atrocissimas
calamitates machinantur. O feroces animos. o crudeles delectationes
o delictos homines ab humanitate quid agere ausi sunt aut cogitare
possunt. Quo pacto hostes revulsis maiorum sepulcris deiectis
menibus ovantes irruerunt in civitatem quo modo deum templis
spoliatis. optimatibus trucidatis aliis arreptis in servitutem
matribusfamilias et filiis et ingenuis sub hostilem libidinem
subiectis urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata Qui
se non putant id quod voluerunt ad exitum perduxisse nisi sanctissime
patrie miserandum scelerati viderint cinerem Nequeo verbis
iudices consequi indignitatem rei. sed negligentius id fero quia
vos mei non egetis. vester enim animus vester rei publice amantissimus
facile edocet ut eum qui fortunas omnium voluit perducere prodere
precipitem proturbetis ex ea civitate quam iste hostium spurcissimorum
ducatu nefario voluit obruere In mediocri figura versabitur
oratio si hec aut ante diximus aliquantulum demiserimus neque tamen ad
infimum descenderimus sic Quibus cum bellum gerimus iudices
videtis cum sociis qui pro nobis pugnare et imperium nostrum no
bis cum simul virtute et industria conservare soliti sunt Qui cum
se et opes suas et copiam necessariorum cum vero nihilominus propter
propinquitatem et omnium rerum societatem quid in omnibus rebus
populus Romanus posset scire et existimare poterant hi cum deliberassent
nobiscum bellum gerere. queso que res erat qua freti bellum
suscipere conarentur. cum multo maximam partem sociorum in

officio manere intellegerent cum sibi non multitudine militum
non idoneos imperatores non pecuniam publicam presto esse
viderent Non denique ullam rem que ad bellum pertineat
administrandum Si cum finitimis de finibus bellum gererent
et si totum certamen in uno prelio positum putarent tamen
omnibus rebus instructiores et paratiores venirent ne dum
illud imperium orbis terre cui imperio omnes gentes reges
nationes partim vi partim voluntate consenserunt cum aut
armis aut liberalitate a p r superati essent ad se transferre
tantulis viribus conarentur Queret aliquis quid fregellani nonne
sua sponte conati sunt eo quod isti minus facile conarentur quo
illi quemadmodum desissent videbant nam rerum imperiti qui
uniuscuiusque rei de rebus antegestis exempla petere non pos
sunt hi per imprudenciam facile deducuntur in fraudem at
hi qui sciunt quid aliis acciderit facile ex aliorum eventis suis
rationibus possunt providere nulla re inducti nulla spe freti arma
sustulerunt Quis ergo credet tantam amentiam quemquam tenuisse
ut imperium p r temptare auderet nullis copiis fretus Ergo
aliquid fuisse necesse est quid aliud nisi id quod dico potest esse
In attenuato figure genere id quod ad infimum et quotidi
anum sermonem demissum est hoc erit exemplum Nam ut forte
hic in balneas venit cepit postquam perfusus est defricari deinde
ubi visum est ut in alveum descenderet ecce ibi iste de trans
verso heus inquit adolescens pueri tui modo me pulsarunt satis
facias oportet hic qui id etatis ab ignoto preter consuetudinem
appellatus esset erubuit Iste clarius eadem et alia dicere hic
vix tum inquit sine me considerare tum vero iste clamare
ista que perfacile cuivis rubores eicere posset ita petulans es atque
acer ne ut ad solatium quidem salutandum idoneus ut mihi
videtur sed penes scenam et in eiusmodi locis exercitatus

sis Conturbatus est adolescens nec nutu cui etiã nut pedago
gi lites ad auriculas usarentur impeto eiusmoi tonicioru ubi
istum vidisset scutram ex hausto ruboe p qui se putaret nit
hre qd existimacon perderet ut omia sine fame detrimeto
face posset Igitur gnã figuratu ex ipsis exemplis intelligi
poterunt Erit enĩ attenuata vborum constructio . et rite alia
in gravitate alia posita in mediocritate Est autem cavendu
ne dum hec genea consectemur infinitima et propinqua
vicia conveniamus Nam gravi figure que laudanda est
ppinqua est ea que fugienda est que rite indebit appellati
si suffulta nominabit . nam ita ut corporib bona hitudine
tumor imitatur sepe ita gravis oro sepe impitis videt ea
que turget et inflata est tum aut novis aut priscis vbis
aut durit aliunde translatis aut gravioribus q res po
stulat alig dicit hoc mo . Nam qui pduellionibus venditat
priam non satis supplicii dedit si pceps in neptunias depulsus
erit lacunas . pe nitet g istum qui montes belli fabricatus
est campos sustulit pacis In hoc genus plerique cum declinasset
et ab eo quo profecti sunt aberraverut et spe gravitatis
falluntur nec pspice possunt oronis tumorem Qui in me
diocre genus oronis profecti sunt si pvenire eo nõ poterut
. errantes pveniut ad confine genus eius gnis quod appel
lamus dissolutum quod est sine nervis et artilis ut hc mo
appellemq confluctuans eo q fluctuat huc et illuc nec pt
confirmae nec viliter sese expedie . id e eiusmoi Socii nti cu
belli gerae nobiscum vellent . profecto conati essent etiam
atqz etiã q possent face . siquidem sua sponte facent an nõ
hrent hic auditores multos malos homies et audaces So
lent enim diu cogitare omis qui magna negocia volunt age
nõ pt huiqmoi sermo tene attentum auditore . Deflunt eni

totus. neq; quicq̄ comprehendens perfectis ubis amplectitur Qui non p̄t in illa facetissima ūborum attenuacon̄ commode ūsari venit ad aride et exsangue genus oronis q̄d nō alienū est vile nominari cugmodi h' est Nam iste ut in balneasac cessit ad hunc postea dixit hic tuus servus me pulsauit. postq ea dixit hic illi considerabo postq ille conuitiū fecit et magis magis ex p̄ntibus multis clamabit frivolus hic quidē et illiberalis est sermo non enī est adeptus id quod hr̄ attenuata figura puris et electis ūbis compositam oronē Omne genus oronis et graue et mediocre et attenuatum dignitate efficiunt exornationes de quibus post loquemur que si rare disponūt distinctā sicuti coloribus si crebre collocabūt et oblicq̄ reddunt orōm. sed figuram in dicendo commutari oportet ut grauem mediocris mediocrē excipiat attenuata deinde identidem commutent ut facile societas varietate vitē Quoniam qbus in gn̄ibus elocutio ūsari debeat dc̄m ē Videamus nūc quas res hrē debeat elocutio commoda et perfecta que maxime ad commodum oratoris accommodata est Tres res in se debet hrē elegantiam compositionē dignitatē Elegantia est que facit ut vnū quodq; pure et apte dici videāt Hec distribuit̄ in latinitatē et explanacōm Latinitas est q̄ sermonē purū conseruat ab omī vitio remotū. Vitia in sermonē quo mīg is latinus sit duo p̄nt esse solecismus et barbarismus Solecismus est cum in ūbis plu̇ibus consequēs ūbū superiori non accommodatur Barbarismus est cum ūbū aliqd viciose effertur. hec qua roē vitare possimus in arte gr̄mmatica dilucide addiscemus Explanacio est que reddit apertam et dilucidam orōm Ea comparatur duabus rebus usitatis ūbis et propriis. Usitata sunt ea que ūsant̄ in sermone et consuetudine quottidiana. Propria que eius rei ūba sunt

aut esse put de qua loquitur Composicio est verborum constructio que facit omnes partes orationis equabiliter perpollitas Ea conseruabitur si fugiemus crebras vocalium concursiones que vastam atque hiantem orationem reddunt ut hic est vacce aenee amenissime impendebant · et si vitabimus eiusdem litere nimia assiduitate cui vicio versus hic erit exemplo nam hic nihil prohibet in vitiis alienis exemplis uti O tite tute tati tibi tanta tiranne tulisti et hoc eiusdem poete / quicquid quisqui quequis conueniat neget Et si eiusdem verbi assiduitatem nimiam fugiemus / ea est huiusmodi Nam cuius rationis ratio non extet ei rationi ratio non est fidem habere et si non utemur continenter similiter cadentibus verbis hoc modo flentes plorantes lacrimantes obtestantes et si verborum transiectionem vitabimus nisi que erit concinna qua de re postius loquemur quo in vicio est celius assiduus ut hoc est in priore libro has res ad te scriptas luci misimus eli Item fugere oportet longam verborum continuationem que et auditoris aures et oratoris spiritum ledit His vitiis in composicione vitatis reliquum opus consummandum est in dignitate

DIGNITAS · EST · QUE · REDDIT · ORNATAM

orationem et varietate distinguit · hec in verborum et sententiarum exornationem dividitur Verborum exornatio est que ipsius sermonis insignita continetur perpolitione Sententiarum exornatio est que non in verbis sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem

REPETICIO est cum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur · hoc modo Vobis istud attribuendum est · vobis gratia habenda est · vobis res ista erit honori Item Scipio sustulit numanciam · scipio carthaginem delevit · scipio pacem peperit · scipio civitatem servavit Item tu in forum prodire · tu lucem conspicere tu in horum conspectum venire conaris Audes verbum facere audes quicquam ab istis petere

audes supplitium deprecari Quid est quod possis defendere quid est quod audeas postulare . quid est quod tibi putes concedi oportere . num iusiurandum contempnisti num amicos prodidisti num parenti manus intulisti num denique in omni dedecore volutatus es. Hec exornatio cum multum venustatis ht tum gravitatis et acrimonie plurimum quare videtur esse adhibenda et ad ornandam et ad exaggerandam orationem

CONVERSIO est per quam non ut ante primum repetimus verbum . sed ad postremum continenter revertimur hoc modo penos p. r. iustitia vicit . armis vicit . liberalitate vicit . Item ex quo tpe concordia de civitate sublata est . libertas sublata est fides p. r. sublata est Item gaius lelius homo novus erat ingeniosus erat doctus erat bonis viris et studiosis amicus erat ergo hic in civitate primus erat Item nam cum istos ut te absoluant rogas ut periurent rogas ut existimationem negligant rogas ut leges p. r. tue libidini largiantur rogas

COMPLEXIO est que utrumque complectitur exornationem et hanc et quam ante exposuimus ut et idem verbum repetatur sepius et crebro ad idem postremo revertatur hoc modo Qui sunt qui federa sepe rumpunt cartaginenses Qui sunt qui in italia crudele bellum gesserunt cartaginenses Qui sunt qui italiam deformaverunt cartaginenses Qui sunt qui postulant sibi ignosci cartaginenses Videte ergo quam conveniat eos impetrare Item quem senatus damnavit quem p. r. damnavit quem existimatio omnium damnavit eum vos sententiis vestris absoluetis

TRADUCCIO est que facit ut cum idem verbum crebrius ponatur non modo non offendat animum sed etiam concinniorem reddat orationem hoc pacto Qui nihil ht in vita iocundius vita . is cum virtute vitam non pt colere Item cum hominem appellas qui si fuisset homo numquam tam crudeliter hominis vitam petisset At cat

inimicus ergo inimicum sit ulcisci voluit ut ipse sibi reperiretur
inimicus Item diuitias sine diuitiis esse tu vero virtutem prefer
diuitiis Nam si voles diuitias cum virtute comparare vix satis ido
nee videbuntur tibi diuitie que virtutis pedisseque sunt Ex eo
dem genere est exornationis cum idem verbum ponitur modo in hac
modo in altera re hoc modo Cur eam rem tam studiose cu
ras que tibi multas dabit curas Item amari iocundum sit
si curetur ne quid insit amari Item veniam ad vos si mihi sena
tus det veniam In his quatuor generibus exornationum que adhuc
proposite sunt non inopia verborum fit ut ad idem verbum rede
atur sepius sed inest festiuitas que facilius auribus diiudicari
quam verbis demonstrari potest CONTENCIO est cum ex con
trariis rebus oratio conficitur hoc modo habet assentatio iocun
da principia eadem amarissimos exitus affert Item inimicis
te placabilem amicis exorabilem prebes Item in ocio tumul
tuaris in tumultu es ociosus in re frigidissima cales in ferue
tissima friges tacito cum opus est clamas cum tibi loqui conuenit
obmutescis Ades abesse vis abes reuerti cupis in pace bellum quer
itas in bello pacem desideras in concione de virtute loqueris in pre
lio pre ignauia tube sonitum perferre non potes Hoc genere si distin
guemus orationem et graues et ornati poterimus esse.
EXCLAMACIO est que conficit significationem doloris
aut indignationis per alicuius hominis aut urbis aut loci aut rei
cuiuspiam compellationem hoc modo Te nunc affricane alloquor
cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est ciuitati tui
clarissimi nepotes suo sanguine aluerunt inimicorum crudeli
tatem Item o perfidiose fregelle quam facile scelere vestro contabui
stis ut cuius nitor urbis italiam nuper illustrauit eius vix
nunc fundamentorum reliquie maneant Item bonorum insidiatores
latrocinio vestro vitam innocentissimi cuiusque petistis tantamne

ex iniquitate iudiciorum vestris calumniis assumpsistis facultatem
Hac exclamatione si loco utemur et raro et cum rei magnitudo
postulare videbitur ad quam volumus indignationem animum audi
toris adducemus INTERROGACIO non omnis gravis
est neque concinna · sed que cum enumerata sunt ea que obsunt
cause adversariorum confirmat superiorem orationem. hoc modo Cum
igitur hec omnia faceres diceres administrares utrum animos sociorum a
re publica removebas et alienabas an non vel utrum aliquem
exhortari oportuit qui ista prohiberet ac fieri non sineret an non
RACIOCINACIO est per quam ipsi a nobis rationem poscimus
quare quid dicamus et crebro nosmet a nobis petemus uni
uscuiusque propositionis explanationem Ea est huiusmodi Maiores
nostri si quam unius peccati mulierem damnabant simplicio iudicio
multorum maleficiorum convictam putabant Quo pacto quam
quam impudicam iudicabant · eam quoque veneficii damnatam exi
stimabant Quid ita · quia necesse est eam que suum corpus
addixerit turpissime cupiditati timere multos Quos istos virum
parentes ceteros que ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere
Quid postea tantopere timeat eos necesse est ut quoquomodo
possit veneficio petat Cur quoniam nulla potest honesta ratio retinere
eam quam magnitudo peccati faciat timidam intemperantia audacem
natura mulieris inconsideratam Quam veneficii damnabant
impudicam quoque necessario iudicabant Quare quia nulla
facilius ad id maleficium causa quam turpis amor et intemperans
libido commovere potuit cum cuius animus mulieris esset corruptus
corpus eius castum esse non potuerunt Quid in viris · idem
ne observabant · minime Quid ita · quia viros ad unum quodque
maleficium singule cupiditates impellunt · mulieres ad omnia vitia
cupiditas una deducit Item bene maiores nostri hoc comparaverunt
ut neminem regem quem armis cepissent vita privarent Quid ita ·

quia qm̄ nobis fortuna facultatē dedisset iniquū erat ī eorꝝ
supplicio consumarē quos eadem fortuna paulo ante in am
plissimo statu collocarat Quid quod exercitum contraduxerit
desino meminisse Quid ita· quia viri fortis est qui de victoriā
contendant eos hostes putare qui devicti sunt eos homiēs
iudicare ut possit bellum fortitudo minuē· pacem humanitas
augē Et ille si vicisset num idem fecisset non profecto tam
sapiens fuisset. Cur ergo parcis· quia tlem stultitiam contem
nēr non imitari consueui Hec exornatio ad sermonē vehemēt
accomodata est et animū auditoris reddit attentum tum venu
state sermonis tum rōnis expectatione SENTENCIA est
orō sumpta de vita que aut quid sit aut quid esse oporteat
in vita breuitē ondit. hoc pacto Difficile est p̄mū v̄tutes
reuereri qui semper scda fortuna sit usus Item liber is est
existimandus qui nulli turpitudini seruit Item egens eque
est is qui non satis ht̄ et ꝯ is cui satis nihil pt̄ esse Item
optima uiuendi rō est eligenda eam iocundam consuetudo
reddet huiusmōi sententie simplices non sunt improbande
proptēā ꝙ ht̄ breuis expositio· si rōnis nullius indiget magnā
delectatōm̄ Sed illud quoqꝫ probandum est genus sententie
qd confirmatur subiectōe rōnis· hoc pacto· Oms bn̄ uiuē
di rōnes in v̄tute sunt collocande proptēā ꝙ sola v̄tus in
ptāte est Omīā p̄terēā subiecta sunt fortune sub dicōn
Item qui fortunis alicuius inducti amiciciā eius secuti sunt
hi simul l ac fortuna dilapsa est· deuolant omēs Cum
enim recessit ea res que fuit consuetudinis causa nihil supē
quare possint in amicicia tenei Sunt item sententie que
duplicē efferuntū· hoc mō· sine rōn Errant qui in prosp̄is
rebus oms impetus fortune se putant fugisse Sapienter
cogitant qui tpībus scdis casus aduersos reformidant Cum

ratione hoc pacto. Qui adolescentum peccatis putant ignosci opor
tere. falluntur propterea quod etas illa non est impedimento bonis
studiis. At si sapienter faciunt qui adolescentes maxime casti
gant. ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possint. eas
in etate maturissima velint comparare. Sententiam inter
poni raro convenit ut rei auctores. non vivendi preceptores
videamur esse. Cum ita interponuntur multum afferunt orna
menti. necesse est enim. ut comprobet eam tacitus auditor
cum ad causam videat accommodari rem certam ex vita et
moribus sumptam. CONTRARIUM idem fere est
quod contentio. Contrarium est quod ex rebus diversis duabus
alteram breviter et facile confirmat. hoc pacto. Nam qui
suis rationibus inimicus fuit semper. eum alienis rebus quo
amicum fore speres. Item nam quem in amicitia perfidiosum
cognovisti eum qua re putes inimicitias habere posse. Aut qui
privatus intollerabili superbia fuit. eum quo cognoscentem se
inde potis in potestate. Et qui in sermonibus et conventu a
micorum numquam verum dixit. eum in contionibus credis
a mendacio temperaturum. Item quos ex collibus deiecimus
cum his metuimus in campo dimicare. Qui cum plures
erant nobis paucis exequari non poterant. hi postquam pau
ciores sunt metuimus ne sint superiores. Hoc exornationis genus
breviter et continuatis verbis perfectum debet esse. et cum commodum
est auditu propter brevem et absolutam conclusionem. tum
vehementer id quod opus est oratori comprobat contraria
re et ex eo quod dubium non est expedit illud quod est du
bium ut aut dilui non possit aut multo difficillime possit.
MEMBRUM orationis appellatur res breviter absoluta
sine totius sententie demonstratione que denuo alio membro
orationis explicatur hoc modo. et inimico proderas id est unum

q appellatur rubrum deinde hic expiatur ab altero oportet et anulum ledebas Ex duobus membris hec exornatio pt constare sed comodatissima et absolutissima est que ex tribus constat hoc pacto et inimico proderas et amicu lede bas et tibi non consulebas Item nec rei p consuluisti nec amicis profuisti nec inimicis restituisti ARTICULUS dr cum singula membra vba intuallis distinguunt cesa orone hc mo acrimonia voce vultu adusarios perterruisti Item inimicos invidia iniuriis potentia pfidia sustulisti Int hunc gnus et illius superioris vehementia hoc int est q illud tardius et rarius venit hoc crebrius et celerius pvenit Itaqz in illo gne et remotione brachii et contentiõ dextre gladius ad ferri ad corpus in hoc crebro et celeri corpus vulnē consauciari videtur Continuatio est densa et continēs frequntatio vborum cum absolutiõ sententiarū Ea utemur comodissime triptito in sententia in contrario in conclusiõ In sententia hoc pacto Ei non multū pt obesse fortuna q sibi in virtute q̄ in casu psidiū collocavit In contrario hc mo Nam si quis spei non multū collocavit in casu q est q ei magnope casus obesse possit In conclusiõ hoc pacto Q si in eos plurimū fortuna possit qui suas rōnes oms in casum intulerunt Non sunt omia comittenda fortune ne magnam in nos heat dnatonem In his tribus gnibus ad continuationis vim adeo frequntatio necēria est ut infirma facultas oratoris videatur n sententiā et contrariū et conclusiõm frequntibus efferat vbis Sed alias quoqz non nunq non alienū est tam et si necesse non est eloq res aliquas p huiusmõi continuationes COMPAR appellatur quod ht in se membra orois de quibus ante diximus que constant ex pari fere nuō sillbarum hoc non de enumeratiõe

ura fiet Nam id quidē puile est sed tm̄ adferet usus et
exercitatio facultatis ut animi quodam sensu par membrū
supiori referre possimus hoc modo In prelio pr̄ mortem opta
bat . domi filius nuptias comparabat . hec omīa graues cas
administrabant Item alii fortuna dedit felicitatē huic in
dustria virtutem comparauit In hoc genē sepe fieri pt̄ ut nō
plane par nūs sit silbarum et tm̄ esse videatur si una aut al
tera ēt est altius breuis aut si cum in altero plures sunt in
altero longior aut longiores plenior aut pleniores silbe ēt
et longitudo aut plenitudo harū multitudinē alterius as
sequatur et exequet SIMILITER CADENS exornatio ap
pellatur cum in eadem constructiōe v̄borum duo aut plura
sunt verba que silit̄ isdem casibus efferunt̄ . hoc mō hoīez
laudas egentem v̄tutis abundantem felicitatis Item cuius hoīs
in pecunia spes est a sapiā animus remotus est diligencia
compare diuitias . negligencia corrupit animū et cum ita
viuit neminē prese ducit hoīem SIMILITER DESINENS
est cum tam et si casus non insunt v̄bis tm̄ silēs exitus sūt
hoc pacto Turpit̄ audes facē nequit̄ studes dicē uiuis
inuidiose loqueris odiose Item audacter territas humiliter pla
cas Hec duo genā quorū alterū in exitu alterū in casi
silit̄ v̄satur int̄ se vehement̄ conueniūt Et ea re qui his
bn̄ vtunt̄ plerumqȝ simul collocant in eisdem ptibus orōnis
et hoc mō facē oportet ꝑdid perditissima rō est amorē
petē pudorem fugē diligē negligē famā hic et ea va
que casus hūt ad casus similes et illa que nō hūt ad
silēs exitus veniūt ADNOMINACIO est cum ad
idem v̄bum accedit commutacōn ul' addicion unius litē
aut litarū aut ad res dissilēs silia v̄ba accomodantur
Ea multis rōnibus conficit̄ Attenuacion aut coplexione

eiusdem lre sit. hic qui se magnifice iactat atque ostentat venit a te anteque romam venit Et ex contrario hic quos homines alea vincit eos ferro statim vincit Productione eiusdem lre. hoc modo hunc avium dulcedo ducit ad aviu Brevitate eiusdem lre sit. hic tam et si videtur esse ho noris cupidus tn non tm curiam diligit quntum curiam Addendis lris hoc pacto. hic posset sibi temperare ni amori mallet obtemperare Demendis lris sit Silenones vitasset tanquam leones. vite se tradidisset Transferendis lris sit videre iudices utrum homini navo an vano credere mali tis Comutandis hoc mo deligere oportet quem velis diligere Hee sunt adnominationes que in lrarum brevi comutatione aut productione aut transiectione aut aliquo huiusmodi genere vsantur Sunt autem alie que non habent tam propinquam ubi similitudinem et tn dissiles non sunt quibus de generibus vnum est huiusmodi Qui veniam qui sim quare in simulem cui prosim quod postulem brevi cognoscetis Nam hic est in quibus dam ubis similitudo quedam. non tam affectanda quam ille superiores Sed tn adhibenda est nonnumquam Alterum genus huiusmodi Demque operam o quirites ne omnino patres conscripti circumscripti putentur. hec adnominatio magis accedit adsimili tudinem quam superior sed minus quam ille superiores propterea quod non solum addite sed uno tempore quoque dempte lre Tertium genus est quod vsatur in casuum comutatione. aut vnius aut plurium nominum Vnius nominis hoc modo Alexander macedo summo labore animum ad virtutem a pueritia confir mavit Alexandri virtutes per orbem terre cum laude et gloria vulgate sunt Alexandrum omnes maxime metuerunt Item plurimum dilexerunt alexandro si vita data longior esset trans oceanum manus macedonum transvolassent Varie

hic unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura
nomina casibus commutatis hoc modo faciet adnominationem
Tiberium graccum rem publicam administrantem prohibuit indigna
mors diutius in ea commorari. Gaio graccho similiter occiso
ablata est res publica que virtutis amantissimum virum subito de
natum de sinu civitatis eripuit. Saturninum fide captum
malorum perfidia per scelus vita privavit. Tuus o druse sanguis
domesticos parietes et vultum parentis aspersit. Supplicio
cui paulo ante omnia concedebant cum brevi spatio non
modo vivere sed etiam sepelire prohibuerunt. Hec tam pro
xima genera exornationum quorum unum in similiter cadentibus
alterum in similiter desinentibus verbis tertium in annominationibus
positum est perraro sumenda sunt reperiri posse sine laboratione
et opere assumptione. Eiusmodi autem studia ad delectationem
quam ad veritatem videntur accommodatiora. Quare et fides et
gravitas et severitas oratoria minuitur his exornationibus
frequenter collocatis et non modo tollitur auctoritas dicendi sed
offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor propterea quod est in
his lepos et festivitas non dignitas neque pulcritudo. Quare que
sunt ampla atque pulcra diu placere possunt. que lepida et conti
nua cito societate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum.
Quo modo igitur si crebro his generibus utemur puerili vide
bimur elocutione delectari ita si raro has interseremus exorna
tiones et in tota causa varie dispergemus commode luminibus
distinctis illustrabimus orationem. SUBIECCIO est cum interro
gamus adversarios. aut querimus ipsi a nobis quid ab illis aut
quid contra nos dici possit. deinde subicimus id quod opor
tet dici aut non oportet aut nobis adiumento futurum
sit aut illis obfuturum e contrario. hoc modo Quero igitur
unde iste tam pecuniosus factus sit. Amplum patrimonium relictum

relictum est At pus bona venerut hereditas aliqua obuenit
non pt dici sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est
Premiu aliqd ex lite aut iudicio cepit non mo id no fecit
sed etiam insup grandi sponsione victus est Ergo si his
rationibus locupletatus non est sicut oms videtis Aut isti do
nascitur aurum aut unde licitum non est pecunias accepit
Item sepe iudices animaduti multos ex alia honesta re q
ne inimici quide criminai possint sibi presidiu petere
quoru nihil adusarius pt face Nam vtru ad patris
eius vtutem confugiet At eum uos iurati capite damnastis
An ad suam reuteret antiqz vitam alicubi honeste
tractatam Nam hic quide ante oclos vros quomo vi
xit scitis oms An cognatos enuabit quibus vos conueniat
commoui At hi quide nulli sunt Amicos proferet at nemo
est qui sibi non turpe putet istius amicu nominari Item
credo inimicu q nocente putabas in iudiciu adduxisti
Non nam indemnatum necasti Leges que id face phi
bent veritus es at ne scriptas quide iudicasti et puta
sti Cum ipe te ueteris amicitie commonefaceret commotus
es At nihilominus sed etiam studiosius occidisti Quid cu
tibi pueri ad pedes volutarent mia motus es at eorum
prem crudelissime sepultura quoqz prohibuisti Multum
inest acrimonie et grauitatis in hac exornatoe propterea
q cum quesitu est quid oporteat subiciat id fcm no esse
Quare facillime fit ut exaugeatur indignitas negotii.
Ex eodem gne ut ad nram quoqz psonam referamus subiect
com sit sic Nam quid me face conuenit cum a tanta
multitudine gallorum circumsederer an dimicare at cum
parua manu tu prodiremus locum qz munitissimu habeamus
nec erat qui vitam producerem Castra relinquerem

at obsidebant vitam militum negligentem at eos videbat
ea accepisse condicione ut quo ad possent incolumos parentes
et parentibus conservarent hostium condicionem repudiarent
at salus antiquior est militum quam impedimentorum Eiusmodi
consequuntur identidem subiectiones ut ex omnibus ostendi videatur
nihil potius quam quod factum sit faciendum fuisse GRADA
CIO est in qua non ante ad consequens verbum descenditur quam
ad superius conscensum est hoc modo Nam que reliqua spes
manet libertatis si illis et quod libet licet et quod licet
possunt et quod possunt audent et quod audent faciunt
et quod faciunt vobis molestum non est Item non sensi hoc
et non suasi neque suasi et non ipse facere cepi neque facere
cepi et non perfeci neque perfeci et non probavi Item africa
no industria virtutem virtus gloriam gloria emulos compar
avit Item imperium grecie fuit apud athenienses athe
niensium potiti sunt spartiate spartiatus superavere thebani
thebanos macedones vicerunt qui ad imperium grecie bre
vi tempore adiunxerunt asiam bello subactam Habet in se quandam
leporem superioris cuiusque crebra repeticio verbi que propria est
huius exornationis DIFFINICIO est que rei alicuius propri
as amplectitur potestates breviter et absolute hoc modo Maie
stas reipublice est in qua continetur dignitas et amplitudo civi
tatis Item iniurie sunt que aut pulsacione corpus aut
convicio aures aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam
violant Item non est ista diligencia sed avaricia ideo
quia diligencia est accurata conservacio suorum Avaricia
iniuriosa appeticio alienorum Item non est ista fortitudo
sed temeritas propterea quod fortitudo est contemptio laboris
et periculi cum racione utilitatis et compensacione commodorum
Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione laborum

gladiatoria piratarum susceptio Hec ideo commoda putatur exorna
tio quia omnem rei cuiuspiam vim et potestatem ita dilucide
proponit et explicat breviter ut neque prolixius dici oportuis
se neque lucidius potuisse dici putetur TRANSICIO vo
catur que cum ostendit breviter quid dictum sit proponit item
breviter quid consequatur hoc modo Modo in patriam cuiusmodi fuerit
habetis nunc in parentes qualis fuerit considerate Item mea
in istum beneficia cognoscitis nunc quomodo iste mihi gratiam
rettulerit accipite Proficit hec aliquantum exornacio ad duas
res nam et quid dixerit commonet et ad reliquum comparat au
ditorem CORRECCIO est que tollit id quod dictum est et
pro eo id quod magis idoneum videtur reponit hoc pacto Quod
si iste suos hospites rogasset immo amonuisset adeo non
facile hoc perfici posset Item nam postquam isti vicerunt
atque adeo victi sunt eam quomodo victoriam appellem que
victoribus plus calamitatis quam boni dederit O virtutis comes
invidia que bonos sequeris plerumque atque adeo insectaris
Commovetur hoc genere animus auditoris res enim communi
verbo elata tantummodo dicta videtur Ast ea post ipsius oratoris
correctionem magis sit idonea pronuntiatione Non ne igitur
satius esset dicet aliquis ab initio presertim cum scribas
ad optimum et lectissimum verbum devenire Est cum non est
satius si commutatio verbi id erit demonstratura eiusmodi rem
esse ut cum eam communi verbo appellaveris levius dixisse videaris
cum ad electius verbum accedas insignem facias rem Quod
si continuo venisses ad id verbum nec rei nec verbi gratia
animadversa esset OCCUPACIO est cum dicimus nos
preterire aut non scire aut nolle dicere id quod tunc maxi
me dicimus hoc modo Nam de pueritia quidem tua quam
tu omni intemperantie addixisti dicerem si hoc tempus

idoneum putarem nunc consulto relinquo et id preterea quod
te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt Deinde
quod iniuriam satis fecisti L labeoni nihil ad hanc rem pertine
puto horum nihil dico revertor ad illud de quo iudi
cium est Item non dico te ab sociis pecunias. non sum in
eo occupatus quod civitates regna domos omnium depeculatus es
furta rapinas omnes tuas omitto Hec utilis est exorna
tio si aut rem que non pertineat aliis ostendere occulte admonuis
se prodest. aut si longum est. aut ignobile. aut planum
planum non potest fieri aut facile potest reprehendi ut utilius sit
occulte fecisse suspicionem quam eiusmodi intendisse orationem que
redarguatur DISIUNCCIO est cum eorum de quibus
dicimus aut utrumque aut unumquodque certo concluditur verbo sic.
Populus romanus numantiam delevit. cartaginem sustulit. co
rinthum disiecit. fregellas evertit. nihil numantinis
vires corporis auxiliate sunt Nichil cartaginensibus scientia
rei militaris adiumento sunt. Nihil corinthiis erudita cal
liditas presidii tulit. nihil fregellanis morum et sermonis
societas opitulata est Item forme dignitas aut morbo
deflorescit aut vetustate extinguitur. hic utrumque in su
periori exemplo unam quamque rem certo verbo concludi vidimus
CONIUNCCIO est cum interpositione verbi et superiores
orationis partes comprehenduntur et inferiores hoc modo forme
dignitas aut morbo deflorescit aut vetustate ADIUNC
CIO est cum verbum quod res comprehendit non interponimus
sed aut primum aut postremum collocamus. hoc modo primum hoc pacto
deflorescit forme dignitas aut morbo aut vetustate. po
stremum sic Aut morbo aut vetustate dignitas forme deflore
scit Ad festivitatem disiunctio est apposita quae rarius ute
mur ea ne satietatem pariat Brevitati paret coniunctio

quare sepius adhibenda est. he tres exornationes de simplici
gnē manat CONDUPLICACIO est cum rōn amplifica
tionis aut miserationis eiusdem unius aut plurimorū ūborū
iteratio hoc mō Tumultus gaii grachi ~~ut~~ tumultus domesticos
et intestinos comparat Item commotus non es cum tibi mr̄
pedes amplexaret̄ non es cōmotus Item nūc etiam audes
venire in horū conspectū proditor pr̄e. proditor inq̄ pr̄e
venire audes in horum conspectum Vehement auditorem
cōmouet eiusdem redintegratio ūbi et uulnus maius effi
cit in contrario cause quasi aliquod telum sepius p̄ueniat
in eandem corporis partem Interpretacio est que nō iteras
idem redintegrat ūbum sed id cōmutat q̄d positum est alio
ūbo q̄d idem valeat hoc mō Rem p. radicitus eūtisti cun̄te
funditus deiecisti Item prēm nefarie ūberasti. p̄nti mang
scelerate intulisti Necesse est eius qui audit aīm cōmoui
cum grauitas p̄oris dicti renouatur interpretatōe ūborum
CŌMUTACIO est cum due disc̄e sentencie distrēpā
tes ex transiectiōe ita efferunt̄ ut a p̄ore posterior contraria
prior̄ proficiscatur. hoc mō. Esse oportet ut viuas nō viuē
ut edas Item ea re poemata non facio quia cum nō̄i uolo
non possum cum nō̄i possum nolo Item que de illo dicunt̄
dici non p̄nt que dici p̄nt non dicunt̄ Item poema lo
quens pictura est tacitum poema debet esse Item si stultus
es ea re taces. non tn̄ si taces ea re stultus es Non p̄t dici
q̄n cōmode fiat cum contrarie sentencie relatōn ūba quoq3
conmutantur Plura subiecimus exempla ut qm̄ difficile est
hoc genus exornationis inuentū dilucidū esset. ut cū bn̄
esset intellcm̄ facilius indicendo inuenirētur PERMIS
SIO est cum ostendemus leue indicendo nos aliquā rem
totam tradē et concedē alicuius voluntati sic qm̄ omnibus

ereptis rebus solum mi supest animus et corpus hec ipa que mi de multis sola relicta sunt vobis et vre condono ptati vos me vro quo pacto videbitur utamini atque abutamini licebit impune in me quicquid libet statuite dicite atque obtyabo. hoc genus tam et si alias quoque non nunquam tractandum est tamen ad miam commouenda uehementissime est accomodatum DUBITACIO est cum querere videtur orator utrum de duobus potius aut quid de pluribus potissimum dicat hoc modo Offuit eo tempore plurimum rei p consilium siue stulticiam siue maliciam dicere oportet siue utrumque Item tu istud ausus es dicere homo omnium mortalium quetro quo nam te digno moribus tuis appellem nomine ¶ Expedicio est cum rombus compluribus enumeratis quibus aliqua res aut fieri aut non fieri potuit cetere tolluntur una relinquitur. quam nos intendimus. hoc modo. Necesse est cum constet ipm fundum nrm fuisse ostendas te aut vacuum possedisse aut aut usucapione tuum fecisse aut emisse aut hereditate tibi venisse Vacuum cum ego adessem posside non potuisti Tuum etiam nunc non potes usu fecisse. emptio nulla profertur hereditate tibi me uiuo pecunia me venire non potuit Relinquitur ergo ut me vi de meo fundo deieceris hec exornacio plurimum iuuabit coniecturales argumentaciones sed non erit tanquam in pleris que ut cum velimus ea possimus uti nam facere id non potimus nisi nobis ipa negocii natura dabit facultatem DISSOLUTUM est quod coniunctionibus ubertum e medio sublatis separatis partibus effertur. hoc modo Gere morem parenti. pare cognatis obsequere amicis. obtempera legibus Item descende in integram defensionem noli quicquam recusare. Da fere seruos in questionem stude verum inuenire Hoc genus et acrimoniam het in se vehementissimam et ad

brevitate est attomodatum PRECISIO est cum dictis quibus
dam reliquum quod inceptum est dici relinquitur in audientium
iudicio. sic. Mihi tecum pretertatio non est. ideo quia populus
romanus me nolo dicere ne cui forte arrogans videar. te
autem sepe ignominia dignum putavit. Item tu ista nunc
audes dicere qui nuper aliene domi non ausim dicere ne cum
te digna dixero me indignum quippiam dixisse videar. hic
atrocior tacita suspicio quam diserta explanacio facta est. Conclu
sio est que brevi argumentatione ex his que ante dicta sunt aut
facta conficiat quod necessario consequatur hoc modo. Quod si dana
is datum erat oraculum non posse capi troiam sine phi
lotete sagittis. hee autem nihil aliud fecerunt nisi quod alexandrum
perculerunt hunc extinguere id nimirum capi fuit troiam.

RESTANT. ETIAM. DECEM EXORNACOES
verborum quas idcirco non vage dispersimus sed a supe
rioribus separavimus quia omnes in uno genere posite sunt. nam
harum omnium hoc proprium est. ut ab usitata verborum potestate
recedatur atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio con
feratur. De quibus exornationibus. Nominatio est prima. Que
nos admonet ut cuius rei nomen aut non sit aut satis idoneum
non sit eam nosmet idoneo verbo nominemus aut imitationis
aut causa significationis. Imitationis hoc modo ut maiores
nostri rudere et vagire et mugire et murmurare et sibilare
appellarunt. Significande rei causa sic. postquam iste in rem p.
impetum fecit fragor civitatis in primis est auditus. hoc genere
raro est utendum ne novi verbi assiduitas odium pariat. sed
si commode quis utatur eo et raro non modo non offendet novi
tate sed etiam exornat orationem. PRONOMINACIO est
que sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id quod
suo nomine appellari non potest ut si quis cum loquatur de gracchis

An non affricani nepotes inquit huiusmodi fuerunt. Item si quis
de adversario cum dicat Videte nunc inquit iudices quemadmodum
me plagio xippus iste tractarit. Hoc pacto non inornate poteri-
mus et in laudando et in ledendo in corpore aut in animo aut
in extraneis rebus dicere sicuti ~~nomine~~ cognomine quod pro certo
nomine collocemus DENOMINACIO est que a rebus
propinquis et finitimis trahit orationem qua possit intelligi res
que non suo vocabulo sit appellata Id aut ab inuento colligitur
aut ab inuentore perficitur ut si quis de trapeio loquens eum ca-
pitolium nominet Aut ab inuento ut si quis pro libero vinum
pro terre frugem appellet Aut ab instrumento dominum ut si quis
macedones appellarit hoc modo Non tam cito sarisse grecia po-
tite sunt / aut idem signans gallos ne tam facile ex italia at
matura transalpina depulsa est Aut id quod fit ab eo qui
facit Ut si quis in bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse
dicat Mars istud te facere coegit Aut si quid facit ab eo quod
fit ut cum desidiosam artem dicemus quia desidiosos facit
et frigus pigrum quia pigros facit Ab eo quod continet id quod
continetur hoc modo demonstrabitur Armis italia non potest vinci
nec grecia disciplinis Nam hic pro grecis et italis que con-
tinent notata sunt Ab eo quod continetur id quod continet
ut si quis aurum aut argentum aut ebur nominet cum divi-
tias velit nominare Harum omnium denominationum magis in pre-
cipiendo diffusio quam querendo difficilis est inuencio ideo quia
plena consuetudo est non modo poetarum et oratorum sed etiam
quottidiani sermonis huiusmodi denominationum CIRCUICIO
est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione. hoc
pacto Scipionis providencia cartaginis opes fregit Nam hic
si ornandi racio quedam habita esset Scipio potuit et
carthago simpliciter appellari TRANSGRESSIO est que

uerboru perturbat ordinem peruersione aut transiectione
Peruersione sit. hoc uobis deos immortales arbitror dedisse
virtute pro vra Transiectoe hoc mo Instabilis in istum plurimum
fortuna valuit omis inuidiose eripuit tibi bu viuendi faculta
tes huiusmoi transiectio que rem non reddit obscuram multu
prodit ad continuationes de quibus ante dctm est in quibus
oportet vba sicut a poetis inquenda extrem numeru ut pfite
et ppolitissime possint esse absolute SVPERLACIO est
oro supans vitatem alicuius augendi minuendi ve causa h
sumit sepatim aut cum compatoe Sepatim sic Qs si concordi
am tenebimus impii magnitudine solis ortu atq occasu meti
emur Cum compatoe aut a simili aut a pncia suplatio
sumit A similitudine sic Corpore niueu candorem aspectu igne
um ruborem assequebatur A pncia hoc mo Cuius ore sermo
melle dulcior profluebat Eodem gne est hoc Tantus erat
in armis splendor ut solis fulgor obscurior videretur
INTELLECCIO est cum res tota pua de parte cognoscitur
aut de toto pars De parte totu sic intelligit Non ille te tibie
nuptiales eius matrimonii commonebant. na h sanctionia omis
nuptiaru vno signo tibiaru intelligit De toto partem ut
si quis ei qui vestitu aut ornatu sumptuosu ostendet dicat
Ostentas mi diuitias et locupletes copias iactas Ab vno plura
hoc mo intelliguntur Peno fuit hispanus auxilio fuit immanis
ille transalpinus in italia quoq non nemo sensit id togatus
A pluribus unu sic intelligitur Atrox calamitas pectora me
rore pulsabat Itaq anhelans ex imis pulmonibus p cura spus
ducebatur Nam in superioribus plures hispani et galli et togati
et hic vnu pectus et vnus pulmo intelligitur. et erit illic dimi
nutus numerus festiuitatis. hic adauctus grauitatis gratia
ABUSIO est que vbo simili et propinquo et propo abutit

hoc modo Vires hominis breues sunt aut parua statura aut
longum in homine consilium aut oratio magna aut uti sermone
pauco. nam hic facile est intellectu finitima uerba rerum
dissimilium ratione abusionis esse traducta TRANSLACIO
est cum uerbum in quandam rem transfertur ex alia re quod
propter similitudinem recte uidebitur posse transferri Ea
igitur ponende rei ante oculos causa fit sic. hic italiam
tumultus expergefecit terrore subito Breuitatis causa sic
Recens aduentus exercitus extinxit subito ciuitatem Obsceni
tatis uitande causa sic Cuius mater quottidianis nuptiis delectatur
Augendi causa sic Nullius urbis calamitas istius explere
inimicicias et nefariam saturare crudelitatem potuit Mi
nuendi causa sic Magno se predicat auxilio fuisse. quia
paululum in rebus difficilimis aspirauit Per argumentum sic
Nam cum canes funguntur officiis luporum quo iam presidio
pecuaria tuta credemus Item ornandi causa tractatur sic ali
quando rei publice rationes que malicia nocentium exaruerunt uirtute et
optimatum reuiuescent Translationem prudentem dicunt esse opor
tere. ut cum ratione in consimilem rem transeat ne sine de
lectu temere et cupide uideatur in dissimilem transcurrisse
PERMUTACIO est oratio aliud uerbis aliud sententia
demonstrans Ea diuiditur in tres partes. similitudinem argu
mentum contrarium Per similitudinem sumitur cum translationes
plures frequenter ponuntur a simili oratione ducte sic Nam cum
canes funguntur officiis luporum cuinam presidio pecuaria credemus
per argumentum tractatur cum a persona aut loco aut re aliqua
similitudo augendi aut minuendi causa ducitur. ut si quis
drusum grachum nitorem obsoletum dicat Ex contrario
ducitur sic. ut si quis hominem prodigum et luxuriosum illudens
parcum et diligentem appellet Et in hoc postremo quod ex

contrario sumitur et in illo primo quod a similitudine ducitur per translationem argumento poterimus uti Per similitudinem sic Quid agit hic rex atque agamenon ut sive ut crudelis est potius atreus Ex contrario sic ut si quempiam qui patrem verberarit eneam vocemus intemperantem et adulterum ypolitum nominemus Hec sunt fere que dicenda videbantur de verborum exornationibus nunc res ipsa monet ut deinceps ad sententiarum exornationes transeamus

DISTRIBUCIO·EST·CUM·IN·PLURES res aut personas negocia quedam certa dispertiuntur hoc modo Qui vestrum iudices senatus nomen diligit hunc odisse necesse est Petulantissime enim semper iste oppugnavit senatum Qui equestrem locum splendidissimum cupit esse in civitate is oportet istum maxime pene velit dedisse Ne iste sua turpitudine ordini honestissimo macule atque dedecori sit Qui parentes habetis ostendite istius supplicio vobis impios homines non placere Quibus liberi sunt constituite exemplum quante pene sint in civitate omnibus istiusmodi comparate Item senatus est officium consilio civitatem iuvare Officium magistratus est opera et diligencia exequi voluntatem senatus Populi est officium res optimas et homines idoneos maxime suis sententiis diligere et probare Accusatoris est officium crimina inferre Defensoris diluere et propulsare Testis est dicere que sciat aut que audierit Questoris est unumquodque horum in suo officio continere Quare in causis cassi si testem preterquam quod sciat aut audierit argumentari et coniecturam prosequi patieris ius accusatoris cum iure testium commiscebis testis improbi cupiditatem confirmabis et reo duplicem defensionem parabis Hec est exornatio copiosa

comp̄hendit enim brevi multa et suū cuiq; tribuens offi
cium · seperatim res dividit plures LICENCIA est cum
apud eos quos aut vereri aut metuē debemus tū aliquid
pro iure nr̄o dicimus quod eos mīme offendat · aut q̄s
hi diligunt tum in aliquo errato vere rep̄hendere vide
amur hoc mō Miramini quirites q̄ ab omnibus vr̄e
rones deserant̄ · q̄ causam vr̄am nemo suscipiat q̄ se
nemo vr̄i defensorē profiteatur Jd vr̄e culpe tribuite · de
sinite mirarī Quid est enim quare non omīs istam rem
fugē ac vitare debeant Recordamini quos habuistis defenso
res studia eorum vobis ante oclōs p̄ponite Deinde exitus
omniū considerate tū vobis veniet in mentē ut vē dicā
negligentia vr̄a sive ignavia potius illos ante oculos
vr̄os trucidatos esse inimicos eorū vr̄is suffragiis in ap̄lissim
locū p̄venisse Item quid fuit iudices quare insentenciis fe
rendis dubitavitis ā istū hoiem nefariū ampliavitis
Non apertissime res erant crimini date nō omīs et testib;
comprobate · non qua tenuit et nugatorie r̄nsum est hic
vos vitati estis Si p̄mo cetu condemnassetis cū ne crude
les existimaremini sed dū eam visitastis vituperacōm que
longe a vobis a futurā affuit abfuit eam invenistis
ut timidi atq; ignavi putaremū et maximas et p̄vatas
et publicas calamitates accepistis cum etiā maiores ruine
impendē videantur sedetis et oscitamū nocti lucē et luci
noctem expectatis Aliq̄ acerbi atq; incomodi quottidie nūciā
et eum cuiq; opa nobis hec accidant vos remoramū diutiq
et alitis ad rem p̄ p̄niciem retinetis quoad potestis i civitate
Eiusmōi licencia si nimium acrimonie videbit̄ habere
multis mitigacionibus lenietur Nam continuo aliquid
huiusmōi licebit inferre · hic ego v̄tutem vr̄am quero · sapiaz

desidero veterem consuetudinem requiro · ut quod erat commotum licentia id mitigetur laude · ut altera res ab iracundia uel molestia remoueat · altera ab errato deterreat Hec res sicut in amicitia ita in dicendo maxime facit ut et illi qui audient a culpa ab sint · et quo nos qui dicimus tum amici ipsorum et tum ueritatis esse uideamur Est autem quoddam genus in dicendo licentie quod astutiore oratione comparatur cum aut ita obiurgamus eos qui audiunt quomodo se cupiunt obiurgari aut id quod scimus facile omnes audituros dicimus nos timere quomodo accipiant sed tamen ueritate commoueri ut nihilo secius dicamus horum amborum generum exempla subiciemus · prioris huiusmodi Nimium quirites animis estis simplicibus ac mansuetis nimium unicuique creditis et estimatis unumquemque eniti ut perficiat que nobis pollicitus sit · erratis · et falsa spe frustra iam diu decipimini · stulticia uestra fuit id quod erat in uestra potestate ab aliis petere quam ipsi sumere maluistis posterioris licentie hoc erit exemplum Mihi cum isto iudices fuit summa amicitia sed ita tamen amicitia tamen et si uereor quomodo accepturi sitis tamen dicam uos me priuastis Quid ita ? quia ut uobis essem probatus eum qui uos oppugnabat inimicum quam amicum habere malui Ergo hec exornacio cui licentie nomen est · sicuti demonstrauimus Duplici ratione tractabitur · acrimonia que si magis fuit aspera mitigabitur laude et assentatione de qua supra diximus que non indiget mitigacionis propterea quod imitatur licentiam et sua sponte sit ad animum auditoris accomodata

DIMINVCIO est cum aliquid in esse nobis aut his quos deffendimus aut natura aut fortuna aut industria dicemus egregium · quod ne qua significetur arrogans ostentatio diminuitur et attenuatur oratione hoc modo Nam hoc pro me iure iudices dico me labore et industria curasse ut disciplinam

militarem non in postremis tenerem hic si quis dixisset
ut optime tenerem tam et si vera dixisset. tamen arrogans
visus esset nunc et ad invidiam vitandam et laudem com
parandam satis dictum est Item utrum ergo liberalitatis causa
an avaritie. aut egestatis accessit ad maleficium avaritie at
largissimus fuit in amicos quod signum est liberalitatis que con
traria est avaritie Egestatis. huic quidem pater nolo nimium
dicere non tenuissimum patrimonium reliquit hic quoque vitandum
est ne magnum aut maximum diceretur hoc igitur in nostris aut
eorum quos defendimus egregiis commodis proferendis observa
bimus Nam eiusmodi res et invidiam contrahunt in vita
et odium in oratione si inconsiderate tractes Quare quemadmo
dum ~~in oratione~~ ratione in vivendo fugitur invidia sic in dicen
do consilio vitatur odium DESCRIPCIO nominatur que
rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravi
tate perspicuam expositionem. hoc modo. Quod si istum iudices vestris
sententiis liberaveritis statim sicut ex cavea leo emissus aut
aliqua deterrima belua soluta ex cathenis volitabit et vagabitur
in foro acuens dentes in cuiusque fortunas. in omnes amicos atque
inimicos notos et ignotos incursans aliorum famam depeculans
aliorum caput oppugnans aliorum domum et familiam perfringens atque omnem
rem publicam funditus que labefactans Quare iudices eiecite
eum de civitate liberate omnes formidine vobis denique ipsis
consulite Nam si istum impunitum dimiseritis in vosmet ipsos
credite mihi feram et truculentam bestiam immiseritis Item
Nam si de hoc iudices gravem sententiam tuleritis. uno iudicio
simul multos iugulaveritis. grandis natu parens cuius spes se
nectutis omnis in huius adolescentia posita est. quare velit in
vita manere. non habebit filii parvi privati patris auxilio ludi
brio et despectui paternis inimicis erunt oppositi tota domus

huius indignum concidet calamitate at inimici statim sanguinolenta pal
ma crudelissima victoria potiti insultabunt in horum miserias et
superbi re simul et verbis invenientur Item nam neminem vestrum
fugit quirites urbe capta que miserie consequi illos soleant
arma qui contra tulerunt statim crudelissime trucidantur Ceteri
qui possunt per etatem et vires laborem ferre rapiuntur in servitutem
qui non possunt vita privantur uno denique atque eodem tempore domus
hostili flagrabit incendio et quos natura aut voluntas neces
situdine aut beniuolentia coniunxit. distrahuntur liberi partim
e gremiis diripiuntur parentum. partim in sinu iugulantur partim
ante edes constuprantur Nemo ... est qui possit rem satis
consequi verbis nec referre oratione magnitudinem calamitatis Hoc
genere exornationis vel indignatio vel misericordia potest commo
veri cum res consequentes comprehense universe perspicua breviter
exprimuntur oratione DIUISIO est que rem semovens ab re
utramque absolvit ratione subiecta. hoc modo Cur ego tibi
nunc quicquam obiciam Si probus es. non meruisti. si improbus
non commovere Item quid nunc ego de meis promeritis
predicem Si meministis obtundam Si obliti estis cum re nihil
egerim quid est quod verbis proficere possim Item due res sunt
que possunt homines ad turpe compendium commovere inopia atque ava
ricia Te avarum in fraterna divisione cognovimus. inopem atque
egentem nunc videmus. qui potest igitur ostendere causam malefi
cii non fuisse Inter hanc divisionem et illam que in partibus orationis
tercia est de qua in primo libro diximus dum narrationem demon
stravimus hoc interest quod illa dividit per enumerationem aut per ex
positionem quibus de rebus in totam orationem disputatio futura
sit hec se statim explicat et brevi duabus aut pluribus partibus
subiciens rationes. exornat orationem FREQUENTACIO
est cum res in tota causa disperse coguntur in unum quo gravior

aut acrior aut criminosior oratio sit. hoc pacto A quo tandem
abest iste vitio. Quid est cur iudices velitis eum liberare qui
sue pudicitie proditor est insidiator aliene. cupidus. intemperans
petulentus superbus. impius in parentes. ingratus in amicos in-
festus cognatis in superiores contumax in equos et pares fastidiosus
in inferiores crudelis denique in omnes intollerabilis Eiusdem
generis est illa frequentatio que plurimum coniecturalibus causis.
opitulatur cum suspitiones que separatim dicte minute et infirme
erant unum in locum coacte rem videntur perspicuam facere. non suspi
ciosam hoc pacto Nolite igitur iudices ea que dixi separatim spe-
ctare sed omnia colligite et in unum conferte si et comodum ad
istum ex illius morte veniebat et vita hominis est turpissima
animus avarissimus fortune familiaris attenuatissime et res
ista bono nemini preterquam isti fuit. neque alius quisquam eque comode
de nec iste aliis comodioribus rationibus facere potuit neque pre-
teritum est ab isto quicquam quod opus fuit et cum locus idoneus
maxime quesitus sit tum occasio aggrediendi comoda tempus
adeundi oportunissimum spatium conficiendi longissimum sumptum
est non sine maxima occultandi maleficii spe Et preterea.
antequam occisus is homo est iste visus est in eo loco solus in quo
occisio facta est paulo post in ipso maleficio vox illius qui occide
batur audita. Deinde post occisionem istum multa nocte domum
redisse constat postero die titubanter et inconstanter de occisi
one illius locutum est hec partim testimoniis partim questionibus
partim argumentis omnia comprobantur et rumore populi quod ex argu
mentis natum necesse est esse verum. vestrum iudices est his in unum
locum collocatis certam sumere scientiam. non suspitionem maleficii Nam
unum aliquid aut alterum potest in istum casum cecidisse suspiciose ut
omnia inter se a primo usque ad postremum conveniant maleficia
necesse est casu non posse fieri Vehemens est hec exornatio

et in coniecturalis constitucione cause ferme semper necessaria et
in ceteris generibus causarum et in omni oratione adhibenda non numquam

EXPOLICIO est cum in eodem loco manemus et aliud atque
aliud dicere videmur Ea autem dupliciter fit Si aut eandem plane
dicemus rem aut de eadem re Eandem rem dicemus non eodem
modo Nam id obtundere auditorem est · non rem expolire sed com
mutate · commutabimus tripliciter verbis. pronunciando tractando ·
Verbis commutabimus si cum re semel dicta iterum aut sepius aliis
verbis que idem valeant eadem res proferetur. hoc modo. Nullum tantum
est periculum quod sapiens pro salute patrie vitandum arbitretur Cum
agetur incolumitas perpetua civitatis qui bonis erit rationibus
preditus profecto nullum vite discrimen sibi pro fortunis reipublice
fugiendum putabit et erit sentencia in ea semper ut pro
patria studiose quamvis in magnam descendat vite dimicationem
Pronunciando commutabimus si cum in sermone tum in acrimonia
tum alio atque alio genere vocis atque gestus eadem verba commutando
pronunciatione quoque vehementius immutabimus. hoc quoque commo
dissime scribi non potest neque parum est apertum. quare non eget
exempli Tercium genus commutacionis est quod tractando conficitur
si sententiam traiciemus aut in sermocinationem aut in exsuscitationem Ser
mocinatio est de qua plenius post suo loco dicemus. nunc bre
viter quod ad eam rem satis sit attingemus in qua constituetur alicuius
persone oratio accommodata ad dignitatem. hoc modo. ut facilius
res cognosci possit ne ab eadem sententia recedamus Sapiens qui
omnia reipublice causa suscipienda pericula putabit sepe ipse
secum loquitur sit Non mihi soli sed etiam adeo multum potius natus
sum patrie. vita que fato debetur saluti patrie potissimum
solvatur Aliud hic me tute et honeste ad hanc usque etatem
perduxit meas rationes bonis legibus et optimis disciplinis mo
nuit Quid est quod a me satis ei persolvi possit Unde hec accipies

in hac loquatur sapiens secum Sepe ego in periculis reipublice nullum ipse periculum fugi Et item mutatur res tractando si traducitur ad exsuscitationem cum et nos commoti dicere videamur et auditoris animum commoveamus sic Quis est enim tam tenui cogitatione preditus cuius animus tantis angustiis invidie continetur qui non hunc hominem studiosissime laudet et sapientissimum iudicet qui pro salute patrie pro incolumitate civitatis pro rei publice fortunis quamvis magnum atque atrox periculum studiosissime suscipiat et libenter subeat Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare quam possum · id que hoc certe scio vobis omnibus usu venire Eadem igitur res his tribus in dicendo commutabitur · rebus verbis · pronuntiando · Tractando · dupliciter · sermocinatione et exsuscitatione Sed de eadem re cum dicemus plurimis utemur commutationibus Nam cum rem simpliciter pronuntiamus rationem subicere potimus · deinde dupliciter vel sine rationibus vel cum rationibus pronuntiare Deinde afferre contrarium de quibus omnibus diximus in verborum exornationibus · Deinde simile et exemplum de quo suo loco plura dicemus · deinde conclusionem de qua in secundo loco que opus fuerunt diximus demonstrantes argumentationes quemadmodum concludere oporteat in hoc libro docuimus cuiusmodi esset exornatio verborum cui conclusio nomen est Ergo huiusmodi vehementer exornata poterit esse expolitio que constabit ex frequentibus exornationibus verborum et sententiarum · hoc modo igitur septem partibus tractabitur sed ab eiusdem fine non recedamus exemplo ut scire possis quam facile preceptione rethorice res simplices multiplici ratione tractentur Sapiens nullum pro re publica periculum vitabit ideo quod sepe cum pro re publica perire noluit necesse erit cum re publica pereat Et quoniam sunt omnia commoda a patria accepta · nullum incommodum pro patria grave putandum est Ergo qui fugiunt id id periculum quod pro re publica subeundum est · stulte faciunt Nam

neque effugere incomoda pro ciuitate ingrati in ciuitate reperiuntur
At qui patrie pericula suo periculo expetunt hi sapientes putandi sunt
cum et eum quem debent honorem rei publice reddunt et pro
multis perire malunt quam cum multis Et enim vehementer est ini
quum vitam quam a natura acceptam propter patriam conseruamus
nature cum cogat reddere · patrie cum roget non dare · et cum
possis cum summa virtute et honore pro patria interire · mal
le per dedecus et per ignauiam viuere et pro amicis et parentibus et
ceteris necessariis adire periculum · pro re publica in qua hec et
illud sanctissimum nomen patrie continetur nolle in discrimen venire
Ita quod uti contemnendus est qui in nauigio nauim quam se mauult
incolumem ita vituperandus est qui in republica discrimini suo plus
quam communi saluti consulit Naui enim fracta multi incolumes
fuerunt · ex naufragio patrie saluus nemo potest enatare Quod
mihi bene uidetur decius intellexisse qui se deuouisse dicitur et pro
legibus legionibus in hostes inmisisse medios vnde amisit vitam
at non perdidit · re enim vilissima et parua · maximam redemit
vitam dedit · patriam accepit · amisit animam potitus est
gloriam que cum summa laude prodita uetustate · magis quottidie
enitescit Quod si pro re p · debere accedere ad periculum et ratione de
monstratum est et exemplo probatum · hi sapientes sunt existi
mandi qui nullum pro salute patrie periculum vitant In his ergo
generibus expolicio versatur de qua producti sumus ut plura dicerem
quod cum causam dicimus non modo adiuuat et exornat orationem
sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem
Quare conueniet extra causam exercendo rationes adhibere ex
planationis in dicendo uti cum exornationibus argumentatione
de qua re diximus in secundo libro COMMORACIO est
cum in loco firmissimo tota causa continetur manet diutius et
eodem sepius redditur · hac uti maxime conuenit et id est oratoris

boni maxime proprium · non enim datur auditori potestas animum
de re firmissima dimouendi · huic exemplum satis idoneum subi
ci non potuit · propterea quod hic hic locus non est a tota causa se
peratus sicuti membrum aliquod sed tanquam sanguis profusus est
per totum orationis corpus CONTENCIO est per quam contra
ria referuntur Ea est in verborum exornationibus ut ante diximus
huiusmodi Inimicis te placabilem amicis inexorabilem prebes
In sententiarum huiusmodi · vos huius lugetis incomodum iste rei
publice calamitate letatur Vos vestris fortunis diffiditis iste
solus suis eo magis confidit Inter hec duo contentionum genera
hoc interest illud ex verbis celeriter relatis constat constat hic
contrarie sententie ex comparatione referantur · oportet ·
SIMILITUDO est oratio traducens ad rem quampiam aliquid
ex re dispari simile · Ea sumitur aut ornandi causa · aut pro
bandi · aut apertius dicendi · aut ante oculos ponendi et quomodo
quatuor de causis sumitur ita quatuor modis dicitur per contra
rium per negationem per collationem per brevitatem ad unamquamque sumende
causam similitudinis accomodabimus singulos modos pronunti
andi Ornandi causa sumitur per contrarium sic Non enim quem ad
modum in palestra qui tedas candentes accipit celerior est in
cursu continuo quam ille qui tradit ita melior imperator novus
qui accipit exercitum quam ille qui decedit propterea quod defati
gatus cursor integro facem peritus imperator imperito exercitum
tradit hoc sine simili satis plane et perspicue et probabiliter
dici potuit · hoc modo dicere minus bonos imperatores a melioribus
exercitus accipere solere · et ornandi causa simile sumptum est
ut orationi dignitas quedam compararetur Dictum est autem per
contrarium Nam tum similitudo sumitur per contrarium cum
ei rei quam nos probamus aliquam rem negamus esse similem
aut paulo ante cum de cursoribus asserebatur Per negationem

dicetur probandi causa hoc modo. Neque equus indomitus quamvis bene
natura compositus sit idoneus potest esse ad eas utilitates que de
siderantur ab equo. neque homo indoctus quamvis sit ingeniosus
ad virtutem potest pervenire. Hoc probabilius factum est quod magis est veri
simile non posse virtutem sine doctrina comparari. quoniam neque equum
quidem indomitum idoneum posse esse. ergo sumptum est probandi
causa. Dictum est autem per negationem. id cum perspicuum est in primo
similitudinis verbo. Sumetur et apertius dicendi causa simile
per brevitatem hoc modo. In amicitia gerenda sicut in certamine
currendi non ita convenit exerceri ut quoad necesse sit ve
nire possis. sed ut productus studio et viribus ultra facile pro
curras. Nam hoc est simile ut apertius intelligatur mala ratione
facere qui reprehendunt eos qui verbi causa post morte amici liberos
eius custodiant propterea quod in cursore tantum velocitatis esse opor
teat ut efferatur usque ad finem in amico tantum benivolentie stu
dium ut efferatur ultra finem. Dictum autem simile est per bre
vitatem. Non enim ita ut in ceteris rebus res a re separata est
sed utraque res coniuncta et confuse comparate. Ante oculos
ponendi causa sumetur similitudo cum dicetur per collationem sic.
Uti citharedus cum prodierit optime vestitus palla inaura
ta indutus clamide purpurea coloribus variis intexta
et cum corona magna fulgentibus gemmis illuminata citha
ram tenens exornatissimam auro et ebore distinctam et ipse
preterea forma et specie sit et statura opposita ad dignitatem si
cum magnam populo commovit his rebus expectationem repente
silentio facto vocem mittat acerbissimam cum turpissimo cor
poris motu quo melius ornatus et magis fuit expectatus
eo magis contusus et contemptus deicitur. Ita siquis excelso
loco et magnis ac locupletibus copiis collocatus fortune mu
neribus et nature commodis omnibus abundavit si quis virtutis

magistre sunt egebit quo magis ceteris rebus erit copiosus
et industriosus exceptatus · eo vehementius derisus et ex con
temptus ex omni conventu bonorum eiciet · Hoc simile exorna
tione utriusque rei · alterius inhoneste artificiis in alterius stultitia simi
litudine collocata sub aspectus omnium rem subiecit · Dictum est autem
per collationem propterea quod proposita similitudine paria sunt omnia
relata | In similitudinibus observare oportet diligenter ut cum
rem afferamus similem cuius rei causa similitudinem attulerimus
verba quoque ad similitudinem habeamus accomodata | Id est hu
iusmodi · ita · ut hirundines estivo tempore presto sunt · frigore pulse
recedunt · ex eadem similitudine nunc per translacionem verba su
mimus ita falsi amici sereno vite tempore presto sunt simul
atque cum hiemem fortune viderint devolant omnes Sed in
ventio similium facilis erit si quis sibi omnes res animatas et in
animatas mutas et eloquentes feras et mansuetas celestes
terrestres et maritimas artificiosas una natura comparatas
usitatas atque inusitatas frequenter ponere ante oculos poterit et
ex his aliqua venari similitudinem que aut ornare aut docere
aut apertiorem rem dicere facere aut ponere ante oculos possit Non
enim res tota toti rei necesse similis sit sed ad ipsum quod
conferetur similitudinem habeat oportet EXEMPLUM est
alicuius facti aut dicti preteriti cum certi auctoris nomine propositio
Id sumitur isdem de causis quibus similitudo Rem ornatio
rem facit cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur Aperti
orem facit cum id quod sit obscurius magis dilucidum reddit
probabiliorem cum magis verisimile facit Ante oculos ponit
cum exprimit omnia perspicue ut res prope dicta manu temp
tari possit Uniuscuiusque generis singula subiceremus exempla
nisi exemplum quod genus est in expolitione demonstrassemus
et causas sumendi in similitudine aperuissemus Quare

noluimus neque pauca quo minus intelligeretur nec ea intellecta
scribere plura IMAGO est forme cum forma cum quadam
similitudine collatio. Hec sumitur aut laudis aut vituperationis
causa Laudis causa sic Inibat prelium corpore tauri validissimi
impetu leonis acerrimi Vituperationis ut in odium adducat hoc
modo Iste quottidie per forum medium tamquam iubatus draco serpit
dentibus aduncis aspectu rabido spiritu venenato circumspectans
huc et illuc si quem reperiat cui aliquid mali faucibus afflare
quem ore attingere dentibus insecare lingua aspergere possit Ut
invidiam adducat hoc modo Iste qui suas divitias iactat
sicut gallus e frigea aut ariolus quispiam depressus et one
ratus auro clamat et delirat In contemptum sit Iste tamquam
coclea abscondens et retractans sese tacitus cum domo totus
comeditur et aufertur EFFICTIO est cum exprimitur atque
effingitur verbis corporis cuiuspiam forma quoad satis sit in
telligendum. hoc modo. hunc iudices dico rubrum brevem
incurvum canum subcrispum cesium cui sane magna est in mento
cicatrix. si quo modo potest vobis in memoriam redire Habet hec exor
natio utilitatem si quem velit demonstrare cum venustatem si brevi
ter et dilucide facta est NOTACIO est cum alicuius natura
certis describitur signis que sicuti note quedam nature sunt
attributa. Ut si velis non divitem sed ostentatorem pecuniosum
scribere Iste inquies iudices qui se dici divitem putat esse pre
clarum. primum videte nunc quo vultu nos intueatur. nonne
vobis videtur dicere darem si mihi molesti non essetis Cum vero
sinistra mentum sublevat estimat se gemme nitore et auri
splendore aspectus omnium perstringere cum puerum respicit hunc
unum quem ego novi vos non arbitror novisse alio nomine appellat
Deinde alio atque alio heus tu inquit veni Sannio neque isti
barbari perturbent aut ignoti qui audient unum putent se

lege de multis Ei dicat in aurem ut domi lectuli sternant
aut ab auunculo rogetur ethiops qui ad balneat ueniat aut
asturconi locus ante hostium suum detur aut aliquod fragile falso
choragium glorie comparetur Deinde exclamat ut omnes audi
ant videte ut diligenter numeretur si potest ante noctem. puer qui
bene naturam heri hominis nouit tu illo plures mittas oportet
inquit si hodie vis transnumerari Age inquit duc tecum libanum
et sophum Sane deinde casu ueniunt hostes hospites homini
qui istum recepit splendide dum peregrinaretur Ex ea re ho
homo hercle sane conturbatur sed tamen a vitio nature non recedit
Bene inquit facitis cum venitis sed rectius fecissetis si ad me
domum recte abiissetis Id fecissemus inquiunt illi si domum no
uissemus At illud quidem facile fuit vndelibet inuenire verum
eunte in illum sequuntur illi sermo interea huius consumitur omnis
in ostentatione querit in agris frumenta cuiusmodi sint negat
se quia ville incense sunt accedere posse nec edificare etiam nunc
audere tam et si in tusculano quidem cepi insanire et in isdem
fundamentis edificare Dum hec loquitur venit in edes quas
dam in quibus solatium erat eodem die futurum quo iste pro
noticia domini edium cum hospitibus ingreditur hic inquit habito
perspicit argentum quod erat expositum visit triclinium stra
tum probat Accedit servulus dicit homini clam dominum iam ven
turum si uelit iam exire Ita ne est inquit Eamus hospites
frater meus venit ex salerno ego illi obviam pergam vos huc
decem decima venitote. hospites discedunt. iste se raptim do
mum suam conicit illi decima qua iusserat veniunt querunt
hunc reperiunt tamen cuias sit domus in diuersorium diuisi contulerunt
sese Vident hominem postera die narrant expostulant accusant
ait iste loci similitudine deceptos angiportu toto deerrasse se
contra valitudinem suam ad noctem multam expectasse Sannioni

puero negotium dederat ut vasa vestimenta pueros rogaret
servulos non inurbanos strenue satis et concinne comparat
Iste hospites domum deducit ait se maximas edes amico quas haberet
ad nuptias comodasse Nuntiat puer argentum repeti pertimuerat
enim qui comodaverat Apage te inquit edes comodavi familiam
dedi argentum quoque vult tamen et si hospites habeo tamen utatur li
cet nos samiis delectabimur Quid ego que deinde efficiat

samiis

narrem Eiusmodi est hominis natura ut que singulis diebus
efficiat gloria atque ostentatione ea vix annuo sermone enarrare
possim Huiusmodi notationes que describunt quod consentaneum
sit uniuscuiusque nature vehementer habent magnam delectationem
totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos aut gloriosi
ut nos exempli causa cepimus aut invidi aut timidi aut
avari ambitiosi amatoris nisi studium protrahi potest in medium
tali notatione SERMOCINACIO est cum alicui persone
sermo attribuitur et is exponitur cum ratione dignitatis hoc pacto
Cum militibus urbs redundaret et omnes timore oppressi domi
continerentur Venit iste cum sago gladio succinctus tenens
gladium iaculum quinque adolescentes hominem simili ornatu
subsequuntur Irrupit in edes subito deinde magna voce ubi
est iste beatus inquit edium dominus quin mihi presto fuit quid ta
cetis Hic alii omnes stupidi timore obmutuerunt uxor illius
infelicissimi cum maximo fletu ad istius pedes abicit sese
parce inquit et per ea que tibi dulcissima sunt in vita mise
rere nostri noli extinguere extinctos fer mansuete fortunam
nos quoque fuimus beati nosce te esse hominem At ille quin mihi
illum datis ac vos auribus meis opplorare desinitis non abi
bit Illi nuntiantur interea illum venisse et clamore magno mor
tem minari Quod simul ut audivit heus inquit gorgia pu
erorum pedissequa absconde pueros defende fac ut incolumis

sit adolescencia Vix hec dixerat cum ecce iste ꝓsto Sedes inquit audax non mox mea tibi vitam ademit. Exple meas inimicicias et iracundiā satura tuo sangwe Ille cum magno spū v̄ba inquit metuebam ne plane victus essem nunc video in iudicio meū contendē nō uis vbi supari turpissim et supare pulcerrimū est. interfice uis. occides equidē sed victū non perribo At in extremo vite tempoē et sentencias eloquis neqꝫ ei q̄ videš dominari uis supplicare Tum mulier imo iste quidem rogat et supplicat sed tu queso cōmouē et tu per deos inquit hunc amplexare dūs est tuus hic te. vince tu nunc Cur non desinis inquit uxor loqui que me digna nō sunt. tace et que curanda sunt cura. tu cessas nā vitam. tibi omnē bn̄ uiuendi spem mea adimet et mors Iste mulierē abse repellit lamentantē Illi nescio quid incipienti dicere qd' dignū videlicet illius v̄tuti esset. gladiū in latere defixit puto in hoc exemplo datos esse vtriusqꝫ sermones ad digni tatem accomodatos Id qꝫ oportet in hoc gnē conseruare Sunt item s̄motinaciones consequētes hoc genus Nuqꝫ putamus illos dicturos si hoc iudicauitis nunc omnes hac utentur orōe deinde subitē sermōm CONFORMACIO est cum aliqua que nō ad est ꝑsona confingitē quasi ad sit. aut cum res muta aut informis sit eloquēs eloquens et forā ei et orō attribuitē ad dignitatem accomodata aut accio q̄dā hoc pacto Qꝫ si nunc hec vrbs invictissima vocem emittat nō ne hoc pacto loquetur Ego illa plurimis ornata tropheis triumphis ditata certissimus locupleta victoriis nunc vestris sedicionibus o cives vexor quā tetris maliciosa cartago. viribus probata numancia disciplinis erudita corinthus labefactare nō potuit eam paciemini nunc ab homuncilis deterimis proterri ac conculcari Item qꝫ si nunc lucius ille brutus reuiuiscat

et ỹit ante pedes vr̃os adsit nõne hac utetur oroe Ego re
ges eieci vos tiranos introducitis ego lib'tatem q̃ nõ erat pepi
vos partam servare nõ vultis ego capitis mei pĩclo patriã
liberaui vos liberi sine piculo esse non curatis Hec con
formatio licet licet in plures res mutas atq; inanimatas trans
feratur tñ proficit multũ in ptibus ãplificatõis & cõmiseratõe
SIGNIFICACIO est res que plus in suspicione relinquit
q̃ positum est in oroe Ea fit p exsuparatõm p ambiguũ
p consequentiã p abscisiom p similitudinẽ Per exsuparationem
cum plus est dictum q̃ patitur vitas Augende suspicionis cã
causa sit hic de tanto patrimonio tam cito testam qua petat ignẽ
nõ reliquit Per ambiguũ cũ v̓bum pt̃ in duas plures ue
sententias accipi sed accipitur in eam partẽ quã uult is qui
dixit ut si de eo dicas qui multas hẽditates adierit prospice
tu qui plurimũ cernis Ambigua quẽ admodũ vitanda sunt
que obscuratam reddunt oroẽm ita hec consequenda que cõficiunt
huiusmoi sigñficatõm Ea reperientur facile si nouimus et ãm
aduertemus v̓borũ ancipites ac mltiplices potestates Per co
sequentiam significatio est cum res que aliquã sequantur rem
dicuntur ex quibus res tota relinquitur in suspicione ut si salsa
mentarii filio dicas Quiesce tu cuius pr̃ pr̃ cubito se emũgẽ
solebat P abscisiom si cum incipiemus aliquid dicẽ pdicamus
et ex eo qd' iam diximus satis relinquitur suspicionis sic Qui
ista forma et etate nup aliene domui nolo dicẽ plura
Per similitudinẽ cũ aliqua re simili allata nihil amplius
dicimus sed ea ex ea sigñficamus quid sentiamus hoc modo
Noli saturnine nimiũ frequentia populi fretus esse Inulti
iacent et gracchi Hec exornatio plurimũ hẽ festiuitatis
interdum et dignitatis Sunt enĩ quedã tacito ore ipm̃
auditorẽ suspicari BREVITAS est res ipsis tantũ modo

verbis necessariis expedita. hoc modo. lemnum preteriens cepit inde
thasii presidium reliquit post urbem bithinam sustulit inde
pulsus in hellespontum statim potitur abido Item modo consul
quondam tribunus deinde primus erat civitatis tum proficiscitur
in asiam. deinde hostis est dictus et exul post imperator et
populorum factus est consul postremo habet paucis comprehen
sa brevitas multarum rerum expeditionem Quare adhibenda
est tum aut res non egent longe orationis aut tempus non sinit commorari

DEMONSTRACIO est tum ita verbis res exprimitur
ut geri negotium et res ante oculos esse videatur Id fieri po
terit si que ante et post et in ipsa re facta erunt compre
hendemus aut a rebus consequentibus aut circumstantibus non
recedemus hoc modo Quod simul atque gracchus prospexit fluctuare
populum verentem ne ipse auctoritate senatus commotus a sententia
decessisset iubet advocari contionem Iste interea scelere et
malis cogitacionibus redundans evolat ex templo iovis. stans
oculis ardentibus erecto capillo contorta toga cum pluribus
aliis celerius ire cepit Illi preco audienciam faciebat Hic sub
sellium quoddam fregit pede et hoc alios talia premens iubet fa
cere Cum gracchus deos inciperet deprecari cursim isti impe
tum faciunt et ex aliis partibus convolant omnes atque
e populo unus fuge tiberi inquit non ne vides. respice
inquit deinde vaga multitudo subito timore perterrita fugere
cepit At iste spumam ex ore iaciens anhelans ex infimo
pectore crudelitatem contorquet brachium et dubitanti gra
cho quid esset neque tamen locum in quo constiterat relinquenti per
cutit timpus Ille nullam vocem edens insita virtute concidit
tacitus Iste viri fortissimi miserando sanguine aspersus et quasi
facinus preclarissimum fecisset circumspectans et hilare sceleratam
gratulantibus manum porrigens in templum iovis contulit se se

Hec exornatio plurimum q̄dē prodest in amplificanda et com
miseranda re in hui9modi enarrationibus statuit em̄ rem to
tam et ponit ante oc̄los OMNES rationes honestan
de locutionis studiose collegimus In quibus herenni si te dili
gentius exercueris et grauitatē et dignitatē et suauitatē habebis in loquendo
poteris ut oratorie plane loquaris ne nuda atq; inornata in
uentio uulgari sermone efferatur Nunc identidem nosmetipsi
insistemus. res enim communis agetur ut frequenter et assidue artis
rationem consequamur studio et exercitatione Quod alii cum molestia
tribus de causis maxime faciunt. aut si cum quibus libenter exer
ceantur non habent aut sibi diffidunt aut nesciunt quam uiam sequi
debeant Que a nobis absunt omnes difficultates. nam et simul
libenter exercemur propter amicitiam cuius initium cognatio fecit cetera
philosophie ratio confirmauit et de nobis non diffidimus propterea quod aliquantu
lum processimus et alia meliora sunt que atten9 petimus
in uita ut et si peruenerimus in dicendo quo uolumus parua
pars uite perfectissime desideretur et uiam quam sequamur habemus
propterea quod in his libris nihil preteritum est rhetoricae preceptionis
Demonstratum enim est quo res in omnibus generibus causarum
inuenire oporteat Dictum est quo pacto res disponere conueniat
Traditum est qua ratione esset pronuntiandum. preceptum est
quo meminisse possemus Demonstratum est quibus modis per
fecta elocutio compararetur Que si sequimur acute et cito repe
riemus. distincte et ornate disponemus. grauiter et honeste
pronuntiabimus. firmiter et perpetue meminerimus ornate et
suauiter eloquemur Ergo amplius in arte rhetorica nihil
est Hec omnia adipiscemur si rationes preceptionis diligen
tia consequamur exercitationis

M.T.C. NOUA. RETHORICA. EXPLICIT

In principio huius operis siue libri videnda sunt aliqua, scilicet quid sit genus huius
artis, que species, que partes, quid sit officium, quis finis, quis opifex, quod instrumentum,
quomodo, que sit vtilitas, et quis effectus. De primo ergo videndum est: Genus est
philosophia id est moralitas. Ciceronis que sunt discrecio. Species sunt duo, honestas et utilitas:
Nam in hiis consistit tota ethica. Ita sic Socrates diffiniuit. Ethica est que
docet quid sit agendum, quid vero omne necessaria in vita sit fugiendum. Ethica
dicitur ab ethis quod est mos. Socrates enim philosophiam moralem repperit et eam suos
philosophos docuit, licet nichil redegerit in scriptura, cuius rei causa interrogatus
inquit: malo sapientiam in hominum cordibus habitare quam eam reducere et scribere in
pellibus animalium mortuorum: Multi tamen scripsere discipuli. Et Plato qui libros
de legibus compilauit. Postea vero Aristoteles qui ethicorum .x. libros scripsit. Deinde
Theophrastus philosophus optimus. Postea vero Panetius quem autor iste Cicero
imitatur

si numquam altero contineatur vacare officii potest. In eo quod colendo sita est vite honestas omnis et in negligendo turpitudo. Atque hec quidem questio est omnium philosophorum communis. Nam quis est qui nullis officii preceptis tradendis philosophum se audeat dicere. Sed sunt nonnulle discipline que propositis bonorum et malorum finibus officium omne pervertunt. Nam qui summum bonum sic instituit ut nihil habeat cum virtute coniunctum idque suis commodis non honestate metitur, hic si sibi ipse consentiat et non interdum nature bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit nec iusticiam nec liberalitatem. Fortis vero dolorem summum malum iudicans aut temperans voluptatem summum bonum statuens esse certe nullo modo potest. Que quamquam ita sint in promptu ut res disputatione non egeat, tamen sunt a nobis alio loco disputata. Hee discipline igitur si sibi consentanee velint esse de officio nihil queant dicere. neque ulla officii precepta firma stabilia coniuncta nature tradi possunt nisi aut ab hiis qui solam aut ab hiis qui maxime honestatem propter se dicant expetendam. Ita propria est ea preceptio stoicorum et achademicorum peripatheticorum, quoniam Aristonis Pirrhonis et Herilli iam pridem explosa sententia est. qui tamen haberent ius suum disputandi de officio si rerum aliquod dilectum reliquissent ut ad officii inventionem aditus esset. Sequemur igitur hoc quidem tempore et in hac questione potissimum stoicos non ut interpretes, sed ut solemus e fontibus eorum iudicio arbitrioque nostro quantum quoque modo videbitur hauriemus.

Placet igitur quoniam omnis disputatio de officio futura est ante diffinire quid sit officium, quod a Panetio pretermissum esse miror. Omnis enim que ratione suscipitur de aliqua re institutio debet a diffinitione proficisci ut intelligatur quid sit id de quo disputetur. Omnis de officio duplex est questio. Unum genus est quod pertinet ad finem bonorum, alterum est quod est positum in preceptis quibus in omnes partes usus vite conformari possit. Superioris generis huiusmodi sunt exempla. Omniane officia perfecta sint. numquid officium aliud alio maius sit. et que sunt generis eiusdem. Quorum autem officiorum precepta traduntur ea quamquam pertinent ad finem bonorum tamen minus id apparet quia magis ad institutionem vite communis spectare videntur, de quibus est nobis his libris explicandum. Atque etiam alia divisio est officii. Nam et medium quoddam officium dicitur et perfectum. Perfectum officium rectum opinor vocemus quod greci catorthoma. hoc autem commune officium vocant. Atque ea sic diffiniunt ut rectum quod sit id officium perfectum esse diffiniant. Medium autem officium id esse dicunt quod cur factum sit ratio probabilis reddi possit. Triplex est igitur ut Panetio videtur consilii capiendi deliberatio. Nam honestumne factum sit an turpe dubitant id quod in deliberationem cadit. in quo considerando sepe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem ~~aut~~ inquirunt aut consultant ad vite commoditatem iocunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint iuvare et suos, conducat.

Stoici qui sola honestate apte... peripatetici honestate cum utilitate.

duceret ne de quo deliberat, quae deliberatio omnis in rerum civilium cadit.
Tertium dubitandi genus est cum pugnare videtur cum honesto id quod videtur
esse utile; cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se vide-
tur, fit ut distrahatur in deliberando animus afferatque ancipitem curam cogitandi.
Hac divisione cum praeterire aliquid maximum vitium in dividendo sit,
duo praetermissa sunt. Nec enim solum utrum honestum an turpe sit deliberari solet,
sed etiam duobus propositis honestis utrum honestius, itemque duobus propositis utilibus
utrum utilius. Ita quam ille putavit triplicem esse rationem, in quinque partes di-
stribui debere reperitur. Primum igitur est de honesto, sed dupliciter, tum pari
ratione de utili, post de eorum comparatione disserendum.

Principio generi animantium omni est a natura tributum ut se, vitam corpus-
que tueatur, declinet ea quae nocitura videantur, omniaque quae
sint ad vivendum necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut
alia generis eiusdem. Commune autem omnium animantium est coniunctionis appetitus
procreandi causa et cura quaedam eorum quae procreata sint. Sed inter hominem
et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id
solum quod adest quodque praesens est se accommodat, paulum admodum sentiens
praeteritum aut futurum. Homo autem, quod rationis est particeps, per quam conse-
quentia cernit, causas rerum videt earumque progressus et quasi antecessiones
non ignorat, et similitudines comparat, rebus praesentibus adiungit atque annectit
futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res
necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, et ad orationis et ad vitae
societatem, ingeneratque in primis praecipuum quendam amorem in eos qui procreati
sunt, impellitque ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri
velit, ob easque causas studeat parare ea quae suppeditent ad cultum et ad vi-
ctum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis ceterisque quos caros habeat tuerique
debeat; quae cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit.
In primisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum
sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire
ac discere, cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate
vivendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur quod verum, simplex sincerumque
sit, id esse naturae hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati ad-
iuncta est appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene infor-
matus a natura velit nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa
iuste aut legitime imperanti. Ex quo magnitudo animi exsistit humanarum-
que rerum contemptio. Nec vero illa parva vis naturae est rationisque, quod hoc
unum animal sentit quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisque qui modus.
Itaque eorum ipsorum quae aspectu sentiuntur nullum aliud animal pulchritudinem,
venustatem, convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab
oculis ad animum transferens multo etiam magis pulchritudinem, constantiam,
ordinem in consiliis factisque conservandam putat, cavetque ne quid indecore
effeminateve faciat, tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinose

Autor in hoc libro libris et prop-
ter totum de ystis tribus preceptis. In
primo de honesto aliquando simpliciter
aliquando mixto. In 2o de utili.
In 3o de comparatione et commixtione
utilis cum honesto.

Premisso prologo et insinuato
breviter de quibus sit tractandum
data que diffinitione officii. Inten-
dit dicere de quibus scilicet ab officio
honesto trahit originem, dicens cum
... ...
... ...
darias de se tuendis et necessariis
comparandis. Inmittit ea hic ratione
circa officium quod nobis ge-
nerat honestatem quedam ma-
gnificentia.

In primis ... ea que dixi
...
... honesti et
et quibus radicibus vadat in suas
...

Hinc vero ... partia-
...
...
subiectus est et est liber.

Nec vero ... de temperantia
vel modestia que est in ...
... moderatio cupiditatum.

aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id quod
querimus honestum. quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodque
vere dicimus etiam si a nullo laudetur natura esse laudabile. Formam quidem ipsam
Marce fili et tamquam faciem honesti vides, que si oculis cerneretur mira-
biles amores ut ait plato excitaret sapientie. Sed omne quod honestum est
id quattuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri solercia-
que versatur. aut in hominum societate tuenda tribuendo que suum cuique et
rerum contractarum fide. aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac
robore. aut in omnium que fiunt, queque dicuntur ordine et modo in quo inest
modestia et temperantia. Que quattuor quamquam inter se colligata
atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur.
Velut ex ea parte que prima descripta est in qua sapientiam et prudentiam
ponimus inest indagatio atque inventio veri. eiusque virtutis hoc munus
est proprium. ut enim quisque maxime perspicit quid in re quaque verissimum sit
quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem,
is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic
quasi materia quam tractet et in qua versetur subiecta est veritas.
Reliquis autem tribus virtutibus necessitates proposite sunt ad eas res
parandas tuendasque quibus actio vite continetur, ut et societas hominum
coniunctioque servetur. Et animi excellentia magnitudoque tum in augendis opibus
utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his de-
spiciendis eluceat. Ordo autem et constantia et moderatio et ea que
sunt his similia versantur in eo genere ad quod est adhibenda actio quedam
non solum mentis agitatio. his enim rebus que tractantur in vita modum
quendam et ordinem adhibentes honestatem et decus observabimus.
Ex quattuor autem locis in quos honesti naturam vimque divisimus primus
ille qui in veri cognitione consistit maxime naturam attingit humanam.
Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientie cupiditatem
in qua excellere pulcrum putamus. labi autem errare nescire decipi
et malum et turpe dicimus. In hoc genere et naturali et honesto duo vitia
vitanda sunt. Unum ne incognita pro cognitis habeamus. hisque temere
assentiamus. quod vitium qui effugere volet, omnes autem velle debent,
adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. Alterum est
vitium quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras
atque difficiles conferunt easdemque non necessarias. Quibus vitiis declinatis
quod in rebus honestis et cognitione dignis opere cureque ponetur
id iure laudabitur. Ut in astrologia C. sulpitium audimus, in geo-
metria Sextum pompeium cognovimus. multos in dialecticis. plures
autem in iure civili. Que omnes artes in veri investigatione versantur.
Cuius studio a rebus gerendis abduci contra officium est. Virtutis enim laus
omnis in actione consistit. a qua tamen fit intermissio sepe. multique dantur
ad studia reditus. Tum agitatio mentis que numquam acquiescit potest nos

in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere. Omnis autem
cogitatio motusque animi aut in consiliis capiendis de rebus hone-
stis et pertinentibus ad bene beateque vivendum aut in studiis scientie
cognitionisque versabitur. Ac de primo quidem officii fonte diximus.

De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio qua societas
hominum inter ipsos et vite quasi communitas continetur. Cuius partes
sunt due. Iusticia in qua virtutis est splendor maximus. Ex qua
viri boni nominantur. Et huic coniuncta est beneficentia. quam eandem
vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. Sed iusticie primum
munus est ut ne cui quis noceat nisi lacessitus iniuria. Deinde
ut communibus pro communibus utatur. privatis ut suis. Sunt autem
privata natura nulla. sed aut vetere occupatione. ut qui quondam
in vacua venerunt. aut victoria ut qui bello potiti sunt. aut lege
pactione conditione sorte. Ex quo fit ut ager arpinas arpina-
tium dicatur. Tusculanus tusculanorum. Similis est privatarum
possessionum descriptio. Ex quo quia suum cuiusque fit eorum que
natura fuerant communia quod cuique obtigit id quisque teneat.
E quo si quis sibi plus appeteret violabit ius humane societatis.
Sed quoniam ut preclare scriptum est a platone. non nobis solum nati
sumus. ortusque nostri partem patria vendicat. partem amici. atque
ut placet stoycis que in terris gignuntur ad usum hominum omnia cre-
ari. homines autem hominum causa esse generatos ut ipsi inter se aliis alii
prodesse possent. In hoc naturam debemus ducem sequi. commu-
nes utilitates in medium afferre mutatione officiorum dando acci-
piendo tum artibus tum opera tum facultatibus devincire hominum
inter homines societatem. Fundamentum autem est iusticie fides. id est
dictorum conventorumque constantia et veritas. Ex quo quamquam hoc videbi-
tur fortasse cuipiam durius tamen audeamus imitari stoycos. qui
studiose exquirunt unde verba sunt ducta. Credamusque quia fiat
quod dictum est appellatam fidem. Sed iniusticie duo sunt genera. Unum
eorum qui inferunt. Alterum eorum qui ab his quibus infertur si pos-
sunt non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impetum in quem-
piam facit aut ira aut aliqua perturbatione animi incitatus.
is quasi manus inferre videtur socio. Qui autem non defendit
nec obsistit si potest iniurie tam est in vicio quam si parentes aut ami-
cos aut patriam deserit. Atque ille quidem iniurie que nocendi causa
de industria inferuntur sepe a metu proficiscuntur. cum is qui nocere
alteri cogitat timet nisi id fecerit ipse aliquo afficiatur incommodo.
Maximam autem partem ad iniuriam faciendam aggrediuntur nonnulli ut
adipiscantur ea que cupierunt. in quo vicio latissime patet avaricia.
Expetuntur autem divicie tum ad usus vite necessarios tum ad per-
fruendas voluptates. In quibus autem maior est animus in his pe-

pecunie cupiditas spectat ad opes et ad gratificandi facultatem. Ut nuper
Marcus Crassus negabat ullam satis magnam esse pecuniam ei qui in re
publica princeps vellet esse cuius fructibus exercitum alere non posset.
Delectant etiam magnifici apparatus vite quam cultus cum elegantia
et copia. Quibus rebus effectum est ut infinita pecunie cupiditas
esset. Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est.
Sed semper fugienda iniuria est. Maxime autem adducuntur plerique ut
eos iusticie capiat oblivio cum in honorum et imperiorum et glorie cupidi-
tatem inciderunt. Quod enim est apud Ennium nulla sancta societas nec
fides regni est. id latius patet. Nam quicquid eiusmodi est in quo non possint
plures excellere in eo fit plerumque tanta contentio ut difficillimum sit sanctam
servare societatem. Declaravit id modo temeritas Gaii Iulii Cesaris qui omnia
iura divina et humana pervertit propter eum quem sibi ipse opinionis errore fin-
xerat principatum. Est autem in hoc genere molestum quod in maximis animis
splendidissimisque ingeniis plerumque existunt honoris imperii potentie
glorie cupiditates. quo magis cavendum est ne quid in eo genere peccetur.
Sed in omni iniusticia permultum interest utrum perturbatione aliqua animi
que plerumque brevis est et ad tempus. an consulto et cogitatione fiat
iniuria. Leviora enim sunt ea que repentino aliquo motu accidunt
quam ea que meditata et preparata inferuntur. Ac de inferenda quidem
iniuria satis dictum est.

Pretermittende autem defensionis deserendique officii plures
solent esse cause. Nam aut inimicitias aut laborem aut sumptus
suscipere nolunt. aut etiam negligentia pigritia inhertia
aut suis studiis quibusdam occupationibusve sic impediuntur ut eos
quos tutari debeant desertos esse patiantur. Itaque videndum est
ne non satis sit. quod apud Platonem est in philosophos dictum quod in veri investiga-
tione versentur. quodque ea que plerique vehementer expetant. de quibus
inter se digladiari solent. contempnant et pro nichilo putent. propterea
iustos esse. Nam cum alterum iusticie genus assequuntur in inferenda ne
cui noceant iniuria in alterum incidunt. Discendi enim studio impe-
diti quos tueri debent deserunt. Itaque eos ne ad rem publicam
quidem accessuros putat nisi coactos. Equius autem erat id voluntate
fieri. Nam hoc ipsum ita iustum est quod recte fit si est voluntarium.
Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuende aut odio quodam homi-
num se negotium agere dicant. ne facere videantur cuiquam iniuriam. Qui
cum altero genere iniusticie vacant in alterum incurrunt. deserunt enim vite
societatem. quia nichil conferunt in eam studii nil opere nichil facultatum.
Cum igitur duobus generibus iniusticie propositis adiunxerimus causas utriusque
generis easque res ante constituerimus quibus iusticia continetur facile
quod cuiusque temporis officium sit. poterimus nisi nos met ipsos valde amabi-
mus iudicare. Est enim difficilis cura rerum alienarum. quamquam Terentianus

ille Chremes humanum nihil a se alienum putat. Sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus que nobis ipsis aut prospera aut adversa eveniunt quam illa que ceteris que quasi longo intervallo interiecto videmus aliter de illis ac de nobis iudicamus. Quocirca bene precipiunt qui vetant quicquam agere quod dubites equum sit an iniquum. Equitas enim lucet ipsa per se. dubitatio cogitationem iniurie significat. Sed incidunt sepe tempora cum ea que maxime videntur digna esse iusto homine eoque quem virum bonum dicimus commutantur fiuntque contraria ut non reddere depositum/ etiam ne furioso facere promissum queque pertinent ad veritatem et ad fidem ea migrare interdum et non servare sit iustum. Referri enim decet ad ea que posui in principio fundamenta iusticie. primum ut ne cui noceatur. deinde ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore commutantur commutatur officium nec semper est idem. Potest enim accidere promissum aliquod et conventum esse tale ut id effici non sit utile vel ei cui promissum vel ei qui promiserit. Nam si ut in fabulis est Neptunus quod Theseo promiserat non fecisset. Theseus Ypolito filio non esset orbatus. Ex tribus enim optatis ut scribitur hoc erat tertium quod de Ypoliti interitu iratus optavit. Quo impetrato in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur sunt servanda ea que sunt hiis quibus promiseris inutilia. Nec si plus tibi ea noceant quam illi prosint cui promiseris contra officium est maius dampnum anteponi minori. Ut si constitueris cuipiam te advocatum in rem presentem esse venturum atque interim graviter egrotare filius ceperit. non sit contra officium non facere quod dixeris. magisque ille cui promissum sit ab officio discedat. si se destitutum querat. Iam illis promissis standum non esse quis non videt que coactus quis metu que deceptus dolo promiserit. que quidem pleraque iure pretorio liberantur nonnulla legibus. Existunt etiam sepe iniurie calumnia quadam et nimis callida. sed maliciosa interpretacione iuris. Ex quo illud summum ius summa iniuria factum est tritum sermone proverbium. quo in genere etiam in republica multa peccatur. Ut ille qui cum CXXX dierum essent cum hoste indutie facte noctu populabatur agros quod dierum essent pacte non noctium indutie. Nec noster quidem probandus est si verum est Quintum Fabium Labionem seu quem alium. Nichil enim habeo preter auditum arbitrum Nolanis et Neapolitanis finibus a senatu datum cum ad locum venisset cum utrisque separatim locutum ne cupide quidem agerent ne appeteret atque ut regredi quam progredi mallent. Id cum utique fecissent aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines sicut ipsi dixerant terminavit. In medio quod relictum erat populo Romano adiudicavit. Decipere hoc quidem

est non iudicare · quo in omni re est fugienda talis sollertia.

Sunt autem quedam officia etiam adversus eos servanda a quibus iniuriam acceperis · Est enim ulciscendi et puniendi modus · Atque haud scio an satis sit eum qui lacessierit iniurie sue penitere · ut et ipse ne quid tale post hac et ceteri sint ad iniuriam tardiores · Atque in re publica maxime conservanda sunt iura belli · Nam cum sint duo genera decertandi · unum per disceptationem · alterum per vim · cumque illud proprium sit hominis · hoc beluarum confugiendum est ad posterius · si uti non licet superiore · Quare suscipienda sunt bella ob eam causam ut sine iniuria in pace vivatur · parta autem victoria · conservandi hii qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt · Ut maiores nostri Tusculanos Equos Volscos Sabinos Hernicos in civitatem etiam acceperunt · At Cartaginem et Numanciam funditus sustulerunt · Nollem Corinthum · sed credo aliquos secutos opportunitatem loci maxime ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari · Mea quidem sententia paci que nichil habitura sit insidiarum semper est consulendum · In quo si mihi esset obtemperatum · si non optimam · at aliquam rem publicam que nunc nulla est haberemus Et cum hiis quos vi deviceris consulendum est · tum hii qui armis positis ad imperatorum fidem confugient · quamvis murum aries percusserit recipiendi · in quo tantopere apud nostros iusticia culta est · ut hii qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent · earum patroni essent maiorum more · Ac belli quidem equitas sanctissime pheciali populi romani iure perscripta est · Ex quo intelligi potest nullum bellum esse iustum nisi quod aut rebus repetitis geratur aut denunciatum ante sit et indictum · Popilius imperator tenebat provinciam in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat · Cum autem Popilio videretur unam dimittere legionem · Catonis quoque filium qui in eadem legione militabat dimisit · Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset · Cato ad Popilium scripsit · ut si eum pateretur in exercitu manere · secundo eum obligaret sacramento militie · quia priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat · Adeo summa erat observatio in bello movendo · Marci quidem Catonis senis epistola est ad Marcum filium · in qua scribit se audisse eum factum missum esse a consule cum in Macedonia bello Persico miles esset · monet igitur ut caveat ne prelium ineat · Negat enim ius esse qui miles non sit cum hoste pugnare · Equidem etiam illud animadverto quod qui proprio nomine perduellis esset is hostis vocaretur · lenitate verbi rei tristiciam mitigante · hostis enim apud maiores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus Indicant · xii · tabule · aut status dies cum hoste · Itemque adversus hostem eterna auctoritas · Quid ad hanc mansuetudinem addi potest · eum cum quo bellum geras tam molli nomine appellare · Quamquam id nomen effecit durius iam vetustas · a peregrino enim iam recessit · et proprie

in eo qui contra arma ferret remansit. Cum vero de imperio decertatur
belloque queritur gloria causas omnino subesse non oportet easdem quas dixi
paulo ante iustas causas esse bellorum. Sed ea bella quibus imperii
proposita est gloria minus acerbe gerenda sunt. Ut enim cum civibus contendimus
aliter si est inimicus aliter si competitor. Cum altero certamen honoris
est et dignitatis cum altero capitis et fame. Sic cum Celtiberis
cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur uter esset non uter imperaret
cum Latinis Sabinis Samnitibus Penis Pyrrho de imperio dimica-
batur. Peni fedifragi. Crudelis Hanibal reliqui iustiores. Pir-
rhi quidem de captivis reddendis illa preclara. Nec mi aurum
posco nec mi pretium dederitis nec cauponantes bellum sed belligeran-
tes ferro non auro vitam cernamus utrique. Vosne velit an me
regnare fortuna domina quidve ferat fors virtute experiamur. Et hoc
simul accipe dictum quorum virtuti belli fortuna pepercit eorundem me
libertati parcere certum est. Dono ducite doque volentibus cum magnis dis.
Regalis sane et digna Eacidarum genere sententia. Atque etiam si quid singu-
lis temporibus adducti hosti promiserunt est in eo ipso fides conservanda
ut primo Punico bello Regulus captus a Penis cum de captivis
mutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum primum ut
venit captivos reddendos in senatu non censuit. Deinde cum
retineretur a propinquis et ab amicis redire maluit quam fidem hosti
datam fallere. Secundo autem Punico bello post Canensem pugnam
quos decem Hanibal Romam misit astrictos iureiurando se redi-
turos esse nisi de redimendis hiis qui capti erant impetrassent
eos omnes. Censores quoadusque vixit quia peierasset in erariis re-
liquerunt. Nec minus illum qui iureiurando fraude culpam invenit.
Cum enim permissu Hanibalis exisset de castris rediit paulopost
quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus castris iureiuran-
do se solutum putabat et erat verbis re non erat. Semper autem
in fide quid senseris non quid dixeris cogitandum est. Maximum
autem exemplum est iustitie in hostem a maioribus nostris constitutum
cum a Pyrro profuga senatui est pollicitus se venenum regi daturum
et eum necaturum. Senatus eum et C. Fabricius consul Pyrro dedit.
Ita ne hostis quidem et potentis et bellum ultro inferentis interi-
tum scelere approbavit. Ac de bellicis officiis satis dictum est. Memi-
nerimus autem etiam adversus infimos iustitiam esse suadendam. Est autem
infima condicio et fortuna servorum quibus non male precipiunt qui
ita iubent uti ut mercenariis ad operam exigenda et iusta
prebenda. Cum autem duobus modis aut vi aut fraude fiat in-
iuria fraus quasi vulpecule vis leonis videtur utrumque ab homine
alienissimum. Sed fraus odio digna maiore. Totius autem iniusti-
tie nulla capitalior quam eorum qui cum maxime fallunt id agunt ut viri

boni esse videantur. De iusticia satis dictum est. Deinceps ut
erat propositum de beneficentia ac de liberalitate dicitur qua quidem nichil
est nature hominis accommodatius. Sed habet multas cautiones. Videndum est
primo ne obsit benignitas et hiis ipsis quibus benigne videbitur fieri
et ceteris. Deinde ne maior sit benignitas quam facultas. Tum ut pro digni-
tate cuique tribuatur. Id enim est iusticie fundamentum ad quod hec referenda
sunt omnia. Nam et qui gratificantur cuipiam quod obsit illi cui prodesse
velle videantur non benefici neque liberales sed perniciosi et assentatores
esse iudicandi sunt. Et qui aliis nocent ut in alios liberales sint in eadem
sunt iniusticia ut si in suam rem aliena convertant. Sunt autem multi quidem
cupidi splendoris et glorie qui eripiunt aliis quod aliis largiantur. Hii
arbitrantur se beneficos in suos amicos fore si locupletent eos quacumque
ratione. Id autem tantum abest officio ut nichil magis officio possit esse contrarium.
Videndum est igitur ut ea liberalitate utamur que prosit amicis nemini no-
ceat. Quare Lucii Sille Gaii Cesaris pecuniarum translacio a iustis do-
minis ad alienos non debet liberalis videri. Nichil enim est
liberale quod non idem iustum. Alter locus erat cautionis ne benigni-
tas maior esset quam facultas quod qui benigniores esse volunt quam res
patitur primum in eo peccant quod sunt iniuriosi in proximos. Quas
enim copias hiis et suppeditari equius est et relinqui eas transfert
ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapien-
di et auferendi per iniuriam ut ad largiendum suppetat copie. Videre
etiam licet plerosque non tam natura liberales quam quadam gloria ductos
et ut benefici videantur facere multa que proficisci ab ostentatione
magis quam a voluntate videantur. Talis autem simulacio vanitati est
coniunctior quam aut liberalitati aut honestati. Tercium est propositum
ut in beneficentia delectus esset dignitatis. In quo et mores eius
erunt spectandi in quem beneficium conferetur et animus erga nos et
communitas et societas vite et ad nostras utilitates officia ante collata.
Que ut concurrant omnia optabile. Si minus plures cause maioresque
ponderis plus habebunt. Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus ple-
neque sapientibus sed cum hiis quibus preclare agitur si sunt
simulacra virtutis etiam hoc intelligendum puto neminem omnino esse ne-
gligendum in quo significatio virtutis appareat. Colendum autem esse
ita quemque maxime ut quisque maxime virtutibus hiis lenioribus erit
ornatus modestia temperancia atque ipsa de qua iam multa dicta sunt iusticia.
Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sapiente est ferven-
tior plerumque. Ille autem virtutes virum bonum videntur potius atti-
gere. Atque hec in moribus considerantur. De benivolencia autem
quam quisque habeat erga nos primum id est in officio ut ei plurimum
tribuamus a quo plurimum diligamur. Sed benivolenciam non adole-
scentulorum more ardore quodam amoris sed stabilitate potius

et constancia iudicemus. Sin autem erunt merita ut non ineunda
sed referenda sit gratia maior quedam cura adhibenda est. nullum
enim officium referenda gratia magis necessarium est. Quod si ea que utenda
acceperis maiore mensura si modo possis reddi iubet hesiodus
quidnam beneficio provocati facere debemus. an imitari agros
fertiles qui multo plus efferunt quam acceperunt. Et enim si in eos
quos speramus nobis profuturos non dubitamus officia conferre
quales in eos esse debemus qui iam profuerunt. Nam cum duo genera
liberalitatis sint. unum dandi beneficium alterum reddendi. demus
necne in nostra potestate est. Non reddere viro bono sine iniuria non
licet si modo id facere possit. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus
habendi. nec dubium quin maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen
in primis quo quisque animo studio benivolencia fecerit ponderandum
est. Multi enim faciunt multa temeritate quadam sine iudicio
vel modo in omnes vel repentino quasi quodam vento impetu
animi incitati que beneficia eque magna non sunt habenda atque ea que
iudicio considerate constanterque delata sunt. Sed in collocando beneficio
referenda que gratia si cetera paria sunt hoc maxime officium est ut quisque
maxime opis indigeat. ita ei potissimum opitulari. quod contra fit a plerisque
a quo enim plurimum sperant etiam si ille hiis non eget tamen ei potissimum
inserviunt. Optime autem societas hominum coniunctio que servabitur si ut quisque
erit coniunctissimus ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed que
nature principia sint communitatis et societatis humane repetendum videtur altius.
Est enim primum quod cernitur in universi generis humani societate. Eius
autem vinculum est racio et oracio que docendo discendo communicando
disceptando iudicando conciliat inter se homines coniungitque naturali quadam
societate. Neque ulla re magis absumus a natura ferarum in quibus
inesse fortitudinem sepe dicimus ut in equis leonibus. iusticiam
bonitatem equitatem non dicimus. Sunt autem racionis et oracionis expertes.
Ac latissime quidem patens hominibus inter ipsos omnibus inter omnes soci-
etas hec est. In qua omnium rerum quas ad communem hominum usum natura
genuit est servanda communitas. ut que descripta sunt legibus et iure
civili hec ita teneantur ut sit constitutum. E quibus ipsis cetera sic
observentur ut in grecorum proverbio est amicorum esse communia omnia. Omnia
autem communia hominum videntur ea que sunt generis eius quod ab Ennio po-
situm in una re transferri in permultas potest. Homo qui erranti comi-
ter monstrat viam quasi lumen de suo lumine accendit facit
ut nichilominus ipsi luceat cum illi accenderit. qua ex re satis precipitur
ut quicquid sine detrimento commodari possit id tribuatur vel
ignoto. Ex quo sunt illa communia non prohibere aqua profluente
pati ab igne ignem capere. Si quis velit fidele consilium delibe-
ranti dare. que sunt utilia hiis qui accipiunt danti non molesta

Quae et his utendum est et semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed quoniam copie singulorum parve sunt, eorum autem qui his egeant infinita est multitudo, vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem: nichilominus ipsi lucet, ut facultas sit qua in nostros simus liberales. Gradus autem plures sunt societatis hominum. Ut enim ab illa infinita discedatur, proprior est gradus eiusdem gentis, nationis, lingue, qua maxime homines coniunguntur. Interius etiam est eiusdem civitatis. Multa enim sunt civibus inter se communia: forum, fana, porticus, vie, leges, iudicia, suffragia, consuetudines, preterea et familiaritates multeque cum multis res rationesque contracte. Artior vero colligatio est societatis propinquorum. Ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur. Nam cum sit hoc natura commune animantium ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis, deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis et quasi seminarium rei publice. Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumque, qui cum una domo iam capi non possint, in alias domos tamquam in colonias exeunt. Sequuntur connubia et affinitates, ex quibus etiam plures propinqui, que propagatio et soboles origo est rerum publicarum. Sanguinis autem coniunctio et benivolentia devincit homines caritate. Magnum est enim eadem habere monumenta maiorum, eisdem uti sacris, sepulchra habere communia.

Sed omnium societatum nulla prestantior est, nulla firmior quam cum viri boni moribus similes sunt familiaritate coniuncti. Illud enim honestum quod sepe diximus, etiam si in alio cernimus, tamen nos movet atque illi in quo id inesse videtur amicos facit. Et quamquam omnis virtus nos ad se allicit facitque ut eos diligamus in quibus ipsa inesse videatur, tamen iusticia et liberalitas id maxime efficit. Nichil enim amabilius est nec copulatius quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt, eedem voluntates, in hiis fit ut eque quisque altero delectetur ac se ipso. Efficiturque id quod Pitagoras vult in amicicia, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est que conficitur ex beneficiis ultro et citro datis acceptis, que et mutua et grata dum sunt, inter quos ea sunt firma devinciuntur societate. Sed cum omnia ratione animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior quam ea que cum re publica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, liberi, propinqui, familiares. Sed omnes omnium caritates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui laceraverunt omni scelere patriam et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt. Sed si contentio quedam et comparatio fiat quibus plurimum tribuendum sit officii, principes sint patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus, proximi liberi totaque domus, que spectat in nos solos neque aliud ullum potest habere perfugium, deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum plerumque communis etiam fortuna est. Quamobrem necessaria presidia vite debentur hiis maxime

quos ante dixi. Vita autem victusque communis, consilia, sermones, cohortationes,
consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicitijs vigent maxime. Est
que ea iocundissima amicicia quam similitudo morum coniugavit. Sed in his omnibus
officijs tribuendis videndum erit quid cuique maxime necesse sit, et quid quisque
vel sine nobis aut possit consequi aut non possit. Ita non idem erunt
necessitudinum gradus qui et temporum. Suntque officia que magis alijs debeantur
ut vicinum citius adiuveris in fructibus percipiendis quam aut fratrem aut familiarem.
At si lis in iudicio sit, propinquum potius et amicum quam vicinum defenderis.
Hec igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio, et consuetudo et exerci-
tacio capienda ut boni racionatores officiorum esse possimus et addendo
deducendoque videre que reliqui summa fiat. Ex quo quantum cuique de-
beatur intelligas. Sed ut nec medici nec imperatores nec oratores quamvis
artis precepta perceperint quicquam magna laude dignum sine usu et
exercitacione consequi possunt, sic officij conservandi precepta traduntur illa
quidem ut faciamus ipsi, sed rei magnitudo usum quoque et exercitacionem desiderat.
Atque ab hijs rebus que sunt in iure societatis humane quemadmodum
ducatur honestum ex quo aptum est officium satis fere diximus.

Intelligendum est autem cum proposita sint genera quatuor ex quibus honestas
officiumque manaret, splendidissimum videri quod animo magno elatoque
humanasque res despiciente factum sit. Itaque maxime in probris in promptu
est si quid tale dici potest. Vos enim iuvenes animos geritis muliebres,
illa virgo viri, et si quid eiusmodi: Salmaci da spolia sine sudore
et sanguine. Contraque in laudibus que in magno animo et fortiter
et excellenter gesta sunt, nescio quomodo quasi pleniori ore laudabimus.
Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plateis, Thermophi-
lis, Leutris, stertocle. Hic Decij, hic Gnei et Publij Scipiones. Hic
Marcus Marcellus, innumerabiles alij, maximeque ipse populus Romanus animi
magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellice glorie quod statuas
quoque videmus ornatu fere militari. Sed ea animi elacio que cernitur
in periculis et laboribus si iusticia vacat pugnatque non pro salute
communi sed pro suis comodis in vicio est. Non modo enim virtutis non est
sed est potius imanitatis omnem humanitatem repellentis. Itaque probe
diffinitur a stoicis fortitudo cum eam virtutem esse dicunt propugnantem
pro equitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam consecutus est insidijs
et malicia laudem est adeptus. Nichil quidem esse honestum potest quod iusticia
vacat. Preclarum igitur illud Platonis. Non inquit solum sciencia que est remota
a iusticia calliditas potius quam sapiencia est appellanda. Verum etiam
animus paratus ad periculum si sua cupiditate non utilitate communi impellitur
audacie potius nomen habet quam fortitudinis. Itaque viros fortes magna-
nimos eosdem bonos et simplices veritatis amicos minimeque fallaces
esse volumus que sunt ex media laude iusticie. Sed illud odiosum est
quod in hac elacione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia

cupiditas principatus innascitur. Ut enim apud Platonem est. Omnem morem
lacedemoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi sic ut quisque animi
magnitudine excelleit. Ita maxime vult princeps omnium vel potius solus
esse. Difficile autem est cum prestare omnibus concupieris servare equitatem
que est iusticie maxime propria. Ex quo fit ut neque disceptatione vinci
se nec ullo publico iure ac legitimo patiantur. Existunt que in republica
plerumque largitores et factiosi ut opes quam plurimas consequantur et sint
vi potius superiores quam iusticia pares. Sed quod difficilius hoc preclarius.
Nullum enim est tempus quod iusticia vacare debeat. Fortes igitur
et magnanimi sunt habendi non qui faciunt sed qui propulsant iniuriam.
Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum est. quod maxime natura
sequitur. in factis positum non in gloria iudicat. principem se esse mavult
quam videri. Et enim qui ex errore imperite multitudinis pendet hic
in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res iniustas
impellitur. ut quisque altissimo animo et glorie cupiditate. qui locus est
sane lubricus quod vix invenitur qui laboribus susceptis periculisque
aditis non quasi mercedem rerum gestarum desiderent gloriam. Omnino
fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur. Quarum
una in rerum externarum despicientia ponitur. cum persuasum sit nil hominem
nisi quod honestum decorumque sit aut admirari aut optare aut expetere
oportere. Nullique neque homini neque perturbationi animi neque fortune succumbere.
Altera est res ut cum ita sis affectus animo ut supra dixi res geras magnas
illas quidem et maxime utiles sed ut vehementer arduas plenasque laborum
et periculorum tum vite tum multarum rerum que ad vitam pertinent
Harum rerum duarum splendor omnis amplitudo est addo autem utilitatem
in posteriore. Causa autem et ratio efficiens magnos viros in priore.
In eo est enim illud quod excellentes animos et humana contemnentes facit.
Id autem ipsum cernitur in duobus si et solum id quod honestum sit bonum
iudices. et ab omni animi perturbatione liber sis. Nam et ea que eximia
plerisque et preclara videntur parva ducere. eaque ratione stabili firma
que contempnere fortis animi magnique ducendum est. et ea que videntur
acerba que multa et varia in hominum vita fortunaque versantur
ita ferre ut nichil a statu nature discedas nichil a dignitate sapientis
robusti animi est magneque constantie. Non est autem consentaneum
qui metu non frangatur eum cupiditate frangi. Nec qui invictum se
a labore prestiterit vinci a voluptate. Quocirca et hec vitanda sunt
et pecunie fugienda cupiditas. Nichil enim est tam angusti animi
tam parvi quam amare divicias. Nichil honestius magnificentiusque quam
pecuniam contempnere si non habeas. si habeas ad beneficentiam liberalitatemque
conferre. Cavenda est etiam glorie cupiditas ut supra dixi. Eripit
enim libertatem pro qua magnanimis viris omnis debet esse contencio.
Nec vero imperia expetenda ac potius aut non accipienda interdum

aut deponenda nonnumquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum
cupiditate et metu, tum etiam egritudine et voluptate animi et
iracundia, ut tranquillitas animi et securitas assit que afferat tum consta-
ntiam, tum etiam dignitatem. Multi autem et sunt et fuerunt, qui eam quam
dico tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerunt
ad otium que profugerunt. In his et nobilissimi philosophi longeque princi-
pes et quidam homines severi et graves nec populi nec principum mores
ferre potuerunt, vixeruntque nonnulli in agris delectati re sua fa-
miliari. His idem propositum fuit quod regibus, ut ne qua re egerent,
ne cui parerent, libertate uterentur, cuius proprium est sic vivere ut velis.
Quare cum hoc commune sit potentie cupidorum cum his quos dixi oci-
osis, alteri se adipisci id posse arbitrantur si opes magnas habeant,
alteri si contenti sint et suo et parvo. In quo neutrorum omnino contem-
nenda sententia est, sed et facilior et tucior et minus aliis gravis
et molesta vita est ociosorum. Fructuosior autem hominum generi et
ad claritudinem amplitudinemque aptior eorum qui se ad rem publicam
et ad magnas res gerendas accommodaverunt. Quapropter et hiis
forsitan concedendum sit rem publicam non capessentibus qui excel-
lenti ingenio doctrine sese dediderunt, et hiis qui aut valitu-
dinis inbecillitate aut aliqua graviore causa impediti a re publica
recesserunt, cum eius administrande potestatem aliis laudemque concederent.
Quibus autem talis nulla sit causa, si despicere se dicant ea que plerique
mirantur imperia et magistratus, hiis non modo non laudi, verum
etiam vicio dandum puto. Quorum iudicium in eo quod gloriam contemnant
et pro nichilo putant difficile factu est non probare, sed videntur labo-
res et molestias, tum offensionum et repulsionum quasi quandam igno-
miniam timere et infamiam. Sunt enim qui in rebus contrariis
parum sibi constent, voluptatem severissime contempnant, in dolore
sint molliores, gloriam negligant, frangantur infamia, atque ea
quidem non satis constanter. Sed ab hiis qui habent a natura adiumenta
rerum gerendarum abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus et ge-
renda res publica est, nec enim aliter aut regi civitas aut declarari
animi magnitudo potest. Capessentibus autem rem publicam nichil minus quam
philosophis, haud scio an magis etiam et magnificencia et despiciencia
adhibenda sit rerum humanarum, quam sepe dico, et tranquillitas animi
atque securitas, siquidem nec anxii futuri sunt et cum gravitate constancia
que victuri, que eo faciliora sunt philosophis quo minus multa in eorum
patent vita que fortuna feriat et quo minus multis rebus egent,
et quia si quid adversi eveniat tam graviter cadere non possunt. Quocirca non sine
causa maiores motus animorum concitantur maioraque efficiendi rem
publicam gerentibus quam quietis, quo magis hiis et magnitudo animi est
adhibenda et vacuitas ab angoribus. Ad rem autem gerendam qui accedit

caueat ne id modo consideret quam illa res honesta sit, sed etiam ut ha
beat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est ne aut teme
re desperet propter ignauiam aut nimis confidat propter cupiditatem.
In omnibus autem negotiis priusquam aggrediare adhibenda est preparatio
diligens. Sed cum plerique arbitrentur res bellicas maiores esse quam
urbanas minuenda est hec opinio. Multi enim sepe bella quesierunt
propter glorie cupiditatem, atque id in magnis animis ingeniisque plerumque
contingit, eo quod magis si sunt ad rem militarem apti et cupidi bellorum
gerendorum. Uere autem si volumus iudicare multe res extiterunt urbane
maiores clarioresque quam bellice. Quamuis enim Themistocles iure laude
et sit eius nomen quam Solonis illustrius, citeturque Salamis cla
rissime testis victorie, que tamen anteponatur consilio Solonis ei quo
primum constituit Ariopagitas, non minus preclarum est hoc quam illud iudi
candum. Illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati. Hoc
consilio leges Atheniensium, hoc maiorum instituta seruantur. Et
Themistocles quidem nichil dixerit in quo ipse Ariopagum adiuue
rit. At ille uero adiuuit Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio
senatus eius qui a Solone erat constitutus. Licet eadem de Pausania
Lisandroque dici. Quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedemoniorum
dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Ligurgi legibus et
disciplinae conferendi sunt. Quin etiam ob has ipsas causas et paratiores
habuerunt exercitus et fortiores. Michi quidem neque pueris nobis M. Sc
aurus C. Mario neque cum versaremur in re publica Q. Catullus
Cn. Pompeio cedere uidebatur. Parua sunt enim foris arma nisi est
consilium domi. Nec plus Aphricanus singularis et vir et imperator
in exscindenda Numantia rei publice profuit quam eodem tempore P. Nasica
priuatus cum Tiberium Gracchum interemit. Quamquam hec quidem res non solum
ex domestica est laude, attingit etiam bellicam quoniam vi manuque
confecta est, sed tamen id ipsum est gestum consilio urbano sine exercitu.
Illud autem optimum est in quo inuadi solere ab improbis et inuidis au
dio: Cedant arma toge concedat laurea lingue. Ut enim alios
omittam nobis rem publicam gubernantibus nonne toge arma cesserunt?
Neque enim in re publica periculum fuit grauius unquam nec maius otium. Itaque
consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium
delapsa arma ipsa ceciderunt. Que res igitur gesta unquam in bello
tanta? Quis triumphus conferendus? Et licet enim mi Marce fili ap
te gloriari, ad quem et hereditas huius glorie et factorum imitatio pertinet.
Michi quidem iste vir habundans bellicis laudibus Gneus Pompeius
multis audientibus hoc tribuit ut diceret se frustra triumphum tertium
deportaturum fuisse, nisi meo in rem publicam beneficio ubi triumpharet
esset habiturus. Sunt igitur domestice fortitudines non inferiores
militaribus. In quibus plus etiam quam in hiis opere studiique ponendum est.

Omnino illud honestu qd' q ex aio excelso magnifico qrimus
efficitur no corporis virib9 Exercendu aut corpus et ita afficie(n)d(um)
ut obedire consilio roni q possit i exequendis negocys et i labore
tolerando. Honestu aut id qd' exquirimus totu e positu in ai cure
cura et cogitatione, i quo no minorem utilitatem afferunt q togati
rei p. presunt q qui bellu gerunt. itaqz eoru consilio sepe aut
non suscepta aut bella sunt confecta no nu(n)q etia illata ut M.
consilio Catonis bellu tertiu punicu / i quo etia mortui valuit
autoritas. Quare expetanda quide magis e decernendi ratio
q decertandi fortitudo. Sz cavendu e ne id bellandi magis
fuga q utilitatis rone faciemus. Bellu aut ita suscipiat ut nl
aliud nisi pax quesita videatur. Fortis ven ai et constantis est
no perturbari in rebus asperis nec tumultuatem de gradu deyci
(ut dicit) sz presenti ai uti et consilio nec a rone discede. Quaq
hoc ai illud q ingeny magni e percipere cogitatione futura et aliqn
an constituere qd accide possit in utraqz ptem et qd agendu sit
cu evenerit nec comitte ut aliqn dicendu sit / no putara. hec sut
opera magni ai et excelsi et prudencia consilio q fidentis. Teme
aut in acie versari et manu cu hoste confligere immane qdda
et beluaru simile e. Sz cu tpus necitas q postulat decertandu
manu e et mors servituti turpitudini q anponeda. De everte(n)
dis aut diripiendis q urbibus valde considandu e ne qd teme
fiat ne qd crudeliter. / Id q e viri magni rebus agitatis punire
sontes multitudiem oservare i omi fortuna recta atqz hoesta retine
Ut em sut quead modu sup dixi qui urbanis rebus bellicas
anteponat sic repies multos qibus piculosa et callida consilia
quietis z cogitatonibus splendidiora et maiora videant. Nuq oio
piculi fuga comittendu e / ut imbelles timidi q videant. sz fu
giendu e etia illud ne offeramus nos piculis sine ca quo ee nl
pt stultius. Quapropt in adeundis piculis osuetudo imitada medi
corum est qui leniter egrotantes / leniter curant. Gravioribus aut mor
bis piculosas curationes et ancipites adhibere cogunt. Qre in
tranquillo tempestate adusam optare dementis e. subvenire aut
tempestati qvis rone sapientis e. Eo q magis si plus adipiscare
re explicata boni / q addubitata mali. Piculose aut reru actiões
pti his sut qui ea suscipiunt parti rei p. Itequ aly de vita aly d' glia
et benivolencia civiu in discrimine vocantur. Promptiores igit
debemus ee ad nra picula q ad coia dimicare q paratius d' honore
et gloria q de ceteris comodis. Inventi aut sut multi qui no mo
pecunia sz etia vitam pfunde pro pria pati eent / ide nec glorie ia
cturam ne minima quide face vellent. nec etia re p. quide postulante
ut Calicratidas qui cu lacedemonior dux fuisset. peloponensiaco

bello multa que fecisset egregie vitiat ad extremum omnia cum consilio non
paruit eorum qui classem ab arginusis removendam nec cum atheniensibus
dimicandum putabant. Quibus ille respondit lacedemonios
classe illa amissa aliam parare posse se fugere sine dedecore
non posse. Atque hec quidem de lacedemoniis plaga mediocris.
Illa pestifera qua cum cleobrantus invidiam timens temere cum
epaminunda conflixisset lacedemoniorum opes corruerunt.
Quanto Q. maximus melius de quo Ennius. Unus homo nobis cunctando
restituit rem. Non enim rumores ponebat ante salutem. Ergo
postque magisque viri nunc gloria claret. Quod genus peccandi vitandum est
et in rebus urbanis. Sunt enim qui quod sentiunt et si optimum sit
tamen invidie metu non audent dicere. Omnino qui rei publice prefuturi
sunt duo platonis precepta teneant. Unum ut utilitatem civium
sic tueantur ut quecumque agunt ad eam referant obliti suorum commodorum.
Alterum ut totum corpus rei publice procurent ne dum partem aliquam tuentur
reliquas deserant. Ut enim tutela sic procuratio rei publice ad eorum
utilitatem qui commissi sunt non ad eorum quibus commissa est gerenda
est. Qui autem parti civium consulunt partem negligunt rem
perniciosissimam in civitate inducunt seditionem atque discordiam. Ex quo
evenit ut alii populares alii studiosi optimi cuiusque videantur pauci
universorum. Hinc apud athenienses magne discordie in nostra re
publica non solum seditiones sed etiam pestifere bella civilia. Que
gravis et fortis civis in re publica dignus principatu fugiet atque
oderit tradetque se totum rei publice. Neque opes aut potentiam conse-
ctabitur totamque eam sic tuebitur ut omnibus consulat. Nec vero
criminibus falsis in odium aut invidiam quemquam vocabit omnino que ita
iustitie honestatique adherescet ut dum eam conservet quamvis graviter
offendat mortem oppetat potius quam deserat illa que dixi. Mi-
serrima omnino est ambitio honorumque contemptio de qua preclare
apud eundem platonem est similiter facere eos qui inter se contenderent
uter potius rem publicam administraret ut si naute certarent quis eorum
potissimum gubernaret. Idemque precepit ut eos adversarios existi-
memus qui arma contra ferant non eos qui suo iudicio tueri re
publica velint qualis fuit inter P. affricanum et Q. metellum sine
acerbitate dissensio. Nec vero audiendi qui graviter inimicis irascendum
putabant idque magnanimi et fortis viri esse censebunt. Nichil
enim laudabilius nichil magno et preclaro viro dignius placabi-
litate atque clementia. In liberis vero populis et in iuris equabilitate
exercenda etiam est facilitas et altitudo animi que dicitur. Ne si irascamur
aut intempestive accedentibus aut impudenter rogantibus in mo-
rositatem inutilem et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est
mansuetudo atque clementia ut adhibeatur rei publice causa severitas

130

sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem et animadversio et
castigatio contumelia vacare debet. Neque ad eius qui punit aliquem
vel verbis castigat, sed ad rei publice utilitatem referri debet. Cavendum
est etiam ne maior pena quam culpa sit. Et ne eisdem de causis alii ple-
ctantur, alii appellentur quidem. Prohibenda maxime est ira in puni-
endo. Numquam enim iratus qui accedet ad penam mediocritatem illam tene-
bit, que est inter nimium et parum. Que placet Peripateticis et recte pla-
cet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura datam. Illa
vero omnibus in rebus repudianda est, optandumque ut hii qui presunt
rei publice legum similes sint que ad puniendum non iracundia sed equitate
ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis et ad voluptatem nostram fluentibus
superbiam magnopere fastidium arrogantiamque fugiamus. Nam ut
adversas res sic secundas immoderate ferre levitatis est. Preclara que
est equabilitas in omni vita, et idem semper vultus eademque frons, ut
de Socrate idemque de C. Lelio accepimus. Philippum quidem Mace-
donum regem rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et
humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus,
alter sepe turpissimus. Unde recte precipere videntur qui monent ut
quanto superiores sumus summissius. Panetius quidem Africanum
auditorem et familiarem suum solitum ait dicere, ut solitum sit
ut equos propter crebras contentiones proeliorum ferocitate exultan-
tes domitoribus tradere soleant ut his facilioribus possint uti,
sic homines in secundis rebus effrenatos sibique prefidentes
tamquam in girum rationis et doctrine duci oportere, ut perspicerent re-
rum humanarum imbecillitatem varietatemque fortune. Atque etiam in
secundissimis rebus est utendum maxime consilio amicorum. Hisque
maior etiam quam ante tribuenda est auctoritas. Isdemque temporibus
cavendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari
nos sinamus, in quo falli facile est. Tales enim nos esse puta-
mus ut iure laudemur, ex quo nascuntur innumerabilia peccata,
cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur et in maximis
versantur erroribus. Sed hec quidem hactenus. Illud autem sic
est iudicandum, maximas geri res et maximi animi ab his qui res
publicas regant, quod earum administratio latissime pateat, ad plurimosque
pertineat. Esse autem magni animi et fuisse quondam multos, etiam
in vita ociosa. Qui aut investigarent vel conarentur magna quedam,
seseque suarum rerum finibus continerent, aut interiecti inter philosophos et
eos qui rem publicam administrarent delectarentur re sua familiari. Non
eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab eius
usu suos, potiusque et amicis impartientes, et rei publice si
quando usus esset. Que primum bene parta sit nullo neque turpi que-
stu, neque odioso, tum quam plurimis, modo dignis, se utilem prebeat

precipit quod agendum sit [illegible] quod puniat [illegible] aliquem [illegible] studio et [illegible] contumelia [illegible] castigatio

dem ut augeatur rone diligencia parsimonia. Nec libidini potius luxurie q3 q̄ liberalitati et beneficentie pareat. Hec prescripta servantem licet magnifice graviter animose q3 vivere atq3 eciam simpliciter fideliter vere hominum amice.

Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit. In qua verecundia et quasi quidam ornatus vite et temperancia et modestia omnisq3 sedacio perturbacionum animi et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id quod dici latine decorum potest. Greci enim prepon dicunt decorum. Huius vis ea est ut ab honesto non queat separari. Nam et quod decet honestum est et quod honestum est decet. Qualis autem differencia sit honesti et decori facilius intelligi quam explicari potest. Quicquid est enim quod deceat id tum apparet cum antegressa est honestas. Itaq3 non solum in hac parte honestatis de qua hic loco disserendum est, sed eciam in tribus superioribus quid deceat apparet. Nam et racione uti atq3 oracione prudenter et agere quod agas considerate omniq3 in re quid sit veri videre et tueri decet. Contra q3 falli, errare, labi, decipi tam dedecet quam delirare et mente esse captum. Et iusta omnia decora sunt, iniusta contra ut turpia sic indecora. Similis est racio fortitudinis. Quod enim viriliter animo q3 magno fit id dignum viro et decorum videtur. Quod contra id ut turpe sic indecorum. Quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc quod dico decorum et ita pertinet ut non recondita quadam racione cernatur, sed sit in promptu. Est enim quoddam idq3 intelligitur in omni virtute quod deceat quod cogitacione magis a virtute potest quam re separari. Ut venustas et pulcritudo corporis secerni non potest a valitudine, sed hoc de quo loquimur decorum totum illud quidem est cum virtute confusum sed mente et cogitacione distinguitur. Est autem eius descripcio duplex. Nam et generale quoddam decorum intelligimus quod in omni honestate versatur. Et aliud huic subiectum quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atq3 illud superius sic fere diffiniri solet decorum id esse quod consentaneum sit hominis excellentie in eo in quo natura eius a reliquis animantibus differat. Que autem subiecta pars generi est eam sic diffiniunt ut id decorum velint esse quod ita nature consentaneum sit ut in eo moderacio et temperancia appareat cum specie quadam liberali. Hec ita intelligi possumus existimare ex eo decoro quod poete sequuntur de quo alio loco plura dici solent. Sed tum servare illud poetas quod deceat dicimus cum id quod quaq3 persona dignum est et fit et dicitur. Ut si Eachus aut Minos diceret oderint dum metuant aut natis sepulchro ipse est parens videtur indecorum quod eos fuisse accepimus iustos. At Atreo dicente plausus excitantur. Est enim digna persona oracio. Sed poete quid quemq3 deceat ex persona

indicabunt. Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum
excellencia prestanciaque animancium reliquorum. Itaque poete in
magna varietate personarum eciam viciis quid conueniat et quid
deceat videbunt. Nobis autem cum a natura constancie moderacionis
temperancie verecundie partes date sunt. cumque eadem natura doceat
ut non negligenter quemadmodum nos adversus homines geramus
efficitur ut et illud quod ad omnem honestatem pertinet decorum quam
late fusum sit appareat. Et hoc quod spectat in vnoquoque genere
virtutis. Ut enim pulcritudo corporis apta composicione membrorum
mouet oculos et delectat. hoc ipso quod inter se omnes partes cum
quodam lepore consenciunt. sic hoc decorum quod elucet in vita
approbacionem eorum mouet quibus cum viuitur ordine et constancia
et moderacione dictorum omnium atque factorum. Adhibenda est igitur quedam
reuerencia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum
Nam negligere quid de se quisque senciat non solum arrogantis
est. sed eciam omnino dissoluti. Est autem id quod differat in omni
racione habenda inter iusticiam et verecundiam. Iusticie partes
sunt non violare homines verecundie non offendere. In quo maxime
vis perspicitur decori. His igitur expositis quale sit id decorum
dicamus intellectum puto. Officium autem quod ab eo ducitur hanc primum
habet viam. que deducit ad conuenienciam conseruacionemque nature
quam si sequamur ducem nunquam aberrabimus. Sequemurque et
id quod acutum et perspicax natura est et id quod ad hominum consociacionem
accomodatum. et id quod vehemens atque forte. Sed maxima
vis decori in hac est parte de qua disputamus. Neque enim solum
motus corporis qui ad naturam apti sunt sed multo eciam animi magis
motus probandi sunt. qui item ad naturam accomodati sunt. Du-
plex enim vis animorum atque nature. Vna pars in appetitu est posita que
est horme grece que hominem huc atque illuc rapit. Altera in
racione que docet et explanat quid faciendum fugiendumque sit
Itaque fit ut racio presit. appetitus obtemperet. Omnis autem actio
vacare debet temeritate et negligencia. Nec vero agere debet aliquid
cuius non possit causam probabilem reddere. Hec est enim fere descriptio
officii. Efficiendum autem est ut appetitus racioni obediant. eamque neque
precurrant neque propter pigriciam aut ignauiam deserant. sintque tranquil-
li atque omni animi perturbacione careant. Ex quo elucebit omnis constan-
cia omnisque moderacio. Nam qui appetitus longius euagantur et
tanquam exultantes siue cupiendo siue fugiendo non satis a racio-
ne retinentur hi sine dubio finem et modum transeunt relinquunt
enim et abiciunt obedienciam nec racioni parent. cui subiecti sunt
lege nature. a quibus non solum animi perturbantur sed eciam corpora. Licet
ora ipsa cernere iratorum aut eorum qui aut libidine aliqua aut metu

commoti sunt aut voluptate nimia gestiunt. Quorum omnium vultus vo-
ces motus statusque mutantur. Ex quibus illud intelligitur ut ad
officii formam revertamur appetitus omnes contrahendos sedandosque
esse excitandamque esse animadversionem et diligentiam ut ne quid
temere fortuitu inconsiderate negligenterque agamus. Neque enim
ita a natura generati sumus ut ad ludum et iocum facti esse videamur sed ad
severitatem potius et quedam studia graviora atque maiora. Ludo
autem et ioco uti quidem illis licet sed sicut sompno et quietibus
ceteris tunc cum gravibus seriis quoque rebus satisfecerimus. Ipsumque ge-
nus iocandi non profusum nec immodestum sed ingenuum et facetum
esse debet. Ut enim pueris non omnem ludendi licenciam damus
sed eam que ab honestatis actionibus non sint aliena sic in ipso
ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Duplex omnino est iocandi genus
unum illiberale petulans flagiciosum obscenum. Alterum elegans urba-
num ingeniosum facetum. Quo genere non modo Plautus noster et
Atticorum antiqua comedia sed etiam philosophorum Socraticorum libri re-
ferti sunt. Multaque multorum facete dicta ut ea que a sene Cato-
ne collecta sunt que vocantur apophtegmata. Facilis igitur est distin-
ctio ingenui et illiberalis ioci. Alter est si tempore fiat ut remisso
animo homine dignus. Alter ne libero quidem si rerum turpitudini
adhibeatur verborum obscenitas. Ludendi etiam est quidam modus
retinendus ut ne nimis omnia profundamus elatique volup-
tate in aliquam turpitudinem dilabamur. Suppeditant autem
et campus noster et studia venandi honesta exempla
ludendi. Sed pertinet ad omnem officii questionem semper in promptu
habere quantum natura hominis pecudibus reliquisque antecedat ac bellius. Ille
nichil sentiunt nisi voluptatem ad eamque feruntur omni impetu.
Hominis autem mens discendo alitur et cogitando semper aliquid
aut inquirit de novo aut agit videndique et audiendi delectatione
ducitur. Quin etiam si quis est paulo ad voluptatem propensior
modo ne sit ex pecudum genere. Sunt enim quidam homines
non re sed nomine. Sed si quis est paulo erectior quamvis volup-
tate capiatur occultat et dissimulat appetitum voluptatis propter
verecundiam. Ex quo intelligitur corporis voluptatem non satis esse
dignam hominis prestancia tamque contempni et reici oportere.
Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati diligenter ei tenen-
dum dicimus esse modum eius fruende. Itaque victus cultusque
corporis ad valitudinem referantur et ad vires non ad volup-
tatem. Atque etiam si considerare volumus que sit in natura et ex-
cellencia et dignitas intelligemus quam sit turpe diffluere luxu-
ria et delicate ac molliter vivere quamque honestum parce con-
tinenter severe sobrie

Intelligendum est etiam duabus quasi nos a natura indutos esse
personis quarum una communis est ex eo quod omnes participes su-
mus rationis prestantieque eius qua antecellimus bestiis a qua omne
honestum decorumque trahitur et ex qua ratio inveniendi officii
exquiritur. Altera autem que proprie singulis est tributa. Ut enim in corporibus ma-
gne dissimilitudines sunt alios videmus ad cursum alios ad lu-
ctandum viribus prevalere itemque in formis aliis dignitatem inesse
aliis venustatem. Sic et in aliis existunt etiam maiores vari-
etates. Erat in L. Crasso et in L. Philippo multus lepos maior
etiam magis de industria in C. Cesare et lucii filio at in
isdem temporibus in M. Scauro et M. Druso adolescente sin-
gularis severitas in C. Lelio multa hylaritas in eius fami-
liari Scipione ambitio maior vita tristior. De grecis autem
dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simula-
torem quem yronam greci nominaverunt Socratem accepimus
contra Pitagoram et Periclem summam auctoritatem consecutos et
sine ulla hilaritate. Callidum Hanibalem ex ducibus penorum
ex nostris ducibus Q. Maximum accepimus felicem celare ta-
cere simulare insidiari preripere hostium consilia. In quo
genere greci Themistoclem et Phereum Iasonem ceteris antepo-
nunt. In primisque versutum et callidum factum Solonis qui quo
tutior vita eius esset et plus aliquanto rei publice prodesset furere se si-
mulavit. Sunt his alii multum dispares simplices et aperti
qui nichil ex occulto agunt nichil de insidiis agendum putant
veritatis cultores fraudis inimici. Item alii qui quidvis pa-
ciantur cuivis deserviant dum quid velint consequantur. Ut
Sillam et Marcum Crassum videbamus. Quo in genere versutissi-
mum et pacientissimum Lacedemonium Lisandrum accepimus contra
Callicratidem qui prefectus classis proximus post Lisandrum fuit. Ite-
que in sermonibus alium quemque accepimus qui quamvis prepotens sit efficere
ut unus de multis esse videatur quod in Catullo et in patre et in filio
idem quoque in Q. Mucio Mancia vidimus. Audivi ex maioribus
natu hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica. Contra quoque patrem eius
illum qui Tiberii Gracchi conatus perditos iudicavit nullam
comitatem habuisse sermonis. Ne Xenocratem quidem severissimum
philosophorum ob eamque rem ipsam magnum et clarum fuisse. Innumera-
biles alie dissimilitudines sunt nature morum minime tamen vitu-
perandorum. Admodum autem tenenda sunt sua cuique non vi-
ciosa sed tamen propria quo facilius decorum illud quod querimus retine-
atur. Sic enim est faciendum ut contra universam naturam nichil contendamus
sed tamen conservata propriam nostram sequamur ut et si sint alia gra-
viora atque meliora tamen nos studia nostre regule metiamur;

Neque enim naturae attinet repugnare. nec quicquam sequi quod assequi nequeas.
Ex quo magis emergit quare sit decorum illud, ideo quia nichil decet
in vita ut aiunt minerva obstante id est adversante et repugnante
natura. Omnino si quid est decorum nichil est profecto magis quam equabi-
litas universe vite. Tum singularum actionum quas conservare non pos-
sis si aliorum naturam imitatus omittas tuam. Ut enim sermone eo
debemus uti qui notus est nobis. ne ut quidam greca verba inculcantes
iure rideamur. sic in actiones omnemque vitam nullam que discrepanciam
afferre debemus. Atque hec differentia naturarum tantam habet vim ut
non nunquam mortem sibi ipse consciscere aliquis. Non enim alia in causa
M. cato fuit alia ceteri qui se in affrica tradiderunt. Atque ceteris
forsan vicio datum esset si se interemissent. propterea quod eorum vita
lenior et mores fuerunt faciliores. Catoni cum incredibilem
tribuisset natura gravitatem. eamque ipse perpetua constancia roborauisset
semperque in proposito susceptoque consilio permansisset. moriendum po-
cius quam tiranni vultus aspiciendus fuit. Quam multa passus est ulixes
in illo errore diuturno cum et mulieribus si circe et calipso mulieres
appellande sunt inserviret. et in omni sermone omnibus affabilem se
esse vellet. Domi vero et contumelias servorum et ancillarum
pertulit ut ad id aliquando quod cupiebat perveniret. At aiax quo animo tra-
ditur. milies oportere mortem quam illa perpeti ab alio maluisset.
Que contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui. ea-
que moderari. nec velle experiri quam se aliena deceat. Id enim maxime
quemque decet quod est cuiusque suum maxime. Suum igitur quisque noscat inge-
nium. acremque se et viciorum et bonorum suorum iudicem prebeat. ne sce-
nici plusquam nos videantur habere prudencie. Illi enim non optimas
sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. qui enim voce freti
sunt epigones. medumque. qui gestu. menalippa clitemestram.
Semper Rutilius quem ego memini anthiopam. Non sepe eso-
pus aiacem. Ergo histrio hoc videbit in scena. quod non videbit
sapiens vir in vita. Ad quas igitur res aptissimi erimus. in
his potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea de-
truserit que nostri ingenii non erunt. omnis adhibenda erit cura
meditatio diligencia. Ut ea si non decore. at quam minime in deco-
re facere possimus. Nec tamen est enitendum tam ut bona que nobis
data sunt sequamur quam ut vicia fugiamus. Ac duabus hiis
personis quas supra dixi. Tercia adiungitur quam casus aliquis aut tempus
imponit. Quarta etiam quam nobismetipsis iudicio nostro accommo-
dabimus. Nam regna. imperia. nobilitates. honores. divicie.
opes eaque que sunt hiis contraria. ut casu. ita temporibus gubernantur.
Ipsi autem gerere quam personam a nostra voluntate proficiscitur. Itaque
se alii ad philosophiam. alii ad ius civile. alii ad eloquenciam applicant. Ipsarum

que virtutum in alia alius mavult excellere. Quorum vero patres aut maio
res aliqua gloria prestiterunt eorum plerumque hii in hoc genere laudis stu
dent excellere. ut Q. mucius publii filius in iure civili, pauli fi
lius affricanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes quas
a patribus acceperunt addunt aliquam suam. Ut hic quidem affricanus
eloquentia cumulavit bellicam gloriam. Quod idem fecit thimotheus co
nonis filius. qui cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad
eam laudem, doctrine et ingenii gloriam adiecit. Fit autem interdum, ut
non nulli omissa imitatione maiorum suum quoddam institutum conse
quantur. Maximeque in eo plerumque laborant hii que magna
sibi proponunt obscuris orti maioribus. Hec igitur omnia cum querimus
quid deceat, complecti animo et cogitatione debemus. In primis autem
constituendum est, quos nos et quales esse velimus. et in quo genere
vite que deliberatio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cum
est maxima imbecillitas consilii tum id sibi quisque genus etatis degen
de constituit quod maxime adamavit. Itaque ante implicatur aliquo
certo de genere cursuque vivendi, quam potuit quod optimum esset, iudicare.
Nam quod herculem prodigum dicunt, ut est apud xenofontem, cum primum
pubesceret, quod tempus a natura ad diligendum, quam quisque viam vivendi sit
ingressurus datum est, exisse in solitudinem. Atque ibi sedentem diu
secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis
alteram virtutis, utram ingredi melius esset. Hoc herculi iovis sa
to edito potuit fortasse contingere. Nobis non idem qui imitamur quos
cuique visum est. atque ad eorum studia institutaque impellimur. Plerumque
autem parentum preceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque dedu
cimur. Alii multitudinis iudicio feruntur, queque maiori parti pulcherrima
videntur, ea maxime exoptant. Non nulli tamen, sive felicitate quadam
sive bonitate nature, sive parentum disciplina, rectam vite secuti
sunt viam. Illud autem maxime rarum genus est eorum, qui aut ex
cellente ingenii magnitudine aut preclara eruditione, atque doctrina
aut utraque re, ornati spatium deliberandi habuerunt, quem potissimum
vite cursum sequi vellent. In qua deliberatione, ad suam cuiusque
naturam consilium est omne revocandum. Nam cum in omnibus que aguntur,
ex eo modo quem quisque natus est ut supradictum est quid deceat exquirimus
tum in tota vita constituenda multo est ei rei cura maior adhibenda ut
constare in vite perpetuitate possimus nobismetipsis nec in ullo officio
claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet fortuna
proximam utriusque omnino ratio habenda est in diligendo genere vite sed nature
magis. Multo enim firmior est et constantior quam fortuna non numquam
tamquam ipsa mortalis cum immortali natura pugnare videatur. Qui igitur
nature sue ad genus consilium vivendi esse contulit is constantiam
teneat. Id enim maxime decet, nisi forte errasse intellexerit

in eligendo gñe vite. Qđ si accidit ut aut accide facienda
morũ institutorũ q3 mutatio ē. Eam igit^r mutaciõm si tempora
adiuuabunt / facilius / comodius q3 faciemus / sin min^9 sensim
pedetentimq3 facienda. Ut amicicias q̃ mi^9 delectent / et min^9
pbentur magis decere censent sapientes sensim diluē / q̃ re
pente pscīdē. Comutato aũt gñe uite oĩ recte curandũ est /
ut id bono cõsilio fecisse videamur / Sz qm̃ paulo añ dictuz
est imitādos ēē maiores / pmũ illud exceptũ sit / ne vicia sint imi
tanda / deinde si nã nõ feret ut qdez imitari possit ut supioris
filius affricani qui hunc expaulo natũ adoptauit ppt infirmi
tatez ualitudinis ñ tñ potuit pri similis ēē q̃ ille fuerat sui
Si igitur nõ potit siue causas defensitare siue pplm contioni
bus tenē siue bella gerē. Illa tñ pstare debebit / que erũt
in ipsius ptate s^m iusticiaz / fidem / libalitatez / modestiaz / tē
panciaz / quo mi^9 abeo id qđ desit requiratur / Optima autez
hẽditas apatribus tradit^r libīs / oĩm q3 primonio pstancior
glia v̄tutis rerũ q3 gestarũ / cui dedecori nefas ēē et uiciũ
iudicandũ ē. Et qm̃ officia nõ eadez disparibus etatibus tri
buunt^r alia sũt iuuenũ / alia q3 senioz / aliqđ eciaz de hac di
stinctione dicendũ ē. Est igit^r adolescentis maiores natu uere
ri. ex his qui eligē optimos et pbatissimos / quorũ consilio atq3
autoritate nitat^r. Ineuntis em̃ etatis inscicia senũ constituenda
et regenda / prudencia ē. Maxime aũt h̄ etas alibidinib^9
arcenda est / excenda q3 in labore paciencia q3 et aĩ et corpis /
ut eorũ ĩbellicis et ciuilib^9 officijs vigeat industria. Atq3 et
cum relaxare aĩos et dare se iocunditati volent / caueãt itēpã
ciaz. meminerit verecundie qđ erit facilius si in eiusmoĩ qdē
rebus maiores natu interesse velint Senibus aũt labores cor
pis minuēdē exercitaciones aĩ eciaz agende vident^r. Danda võ
opa ut amicos / et iuuentutez et maxime rẽ pu. consilio et pru
dencia adiuuent Nichil aũt magis cauēdũ ē senectuti ne lan
gori se desidie q3 dedat. Luxuria võ cũ oĩ etati turpis. tũ sene
ctuti fedissima ē. Sin aũt eciaz libidinũ intẽpancia accessit
duplex malũ ē. qđ et ipa senectus concipit dedecus et facit
adolescenciũ imprudēciõm intẽpanciaz. Ac n^e qdez illđ alienũ
ē de magratuũ de puatorũ / de ciuiũ / de pegnorũ officijs dicē /
Est g^o pprĩũ mun^9 magistratus intelligē se gerē psonã ciui
tatis debē q3 eius dignitatez et decus sustinē / seruare leges
iura describē et ea fidei sue comissa meminisse. Priuatuz
aũt oportet equo et pari cũ ciuib^9 iure viuē neq3 summis
sum et abiectũ nz se efferentez tñ in re pu. ea uelle q̃ trãquilla
et honesta sunt. Talem em̃ et sentire et bonũ ciuē dicere

solemus. Peregrini autem atque incole officium est nil de aliquo inquirere minimeque esse in aliena re publica curiosum. Ita fere officia reperientur cum queretur quid deceat et quid aptum sit personis temporibus etatibus. Nichil est autem quod deceat tamen quam in omni re gerenda consilioque capiendo servare constantiam. Sed quoniam decorum illud in omnibus factis et dictis in corporis denique motu et statu cernitur idque positum est in tribus rebus formositate, ordine, ornatu et ad actionem apto, difficilius ad eloquendum, sed satis facile erit intelligi. In his autem tribus continetur cura etiam illa ut probemur ab his cum quibus apud quosque vivamus. His quoque de rebus pauca dicantur.

Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habere rationem, que formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu, que autem partes corporis ad nature necessitatem date aspectum essent deformem habiture atque formam, eas contexit atque abdidit. Hanc nature tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Que enim natura occultavit, eadem omnes qui sana mente sunt removent ab oculis. Ipsi quoque necessitati dant operam ut quam occultissime pareant. Quarumque partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes neque earum usus suis nominibus appellant. Quodque facere non est turpe, modo occulte, id dicere obscenum est. Itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec orationis obscenitas. Nec vero audiendi sunt cinici, aut si qui fuerunt stoici pene cinici, qui reprehendunt et irrident quod ea que turpia non sunt verbis flagiciosa nos dicamus. Illa vero que turpia sunt nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterari turpe est, sed dicitur non obscene; liberis dare operam re honestum est, nomine obscenum. Pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur et ab omni quod abhorret ab oculorum aurium approbatione fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, maximum motus teneat illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid effeminatum aut molle, et ne quid durum aut rusticum sit. Nec vero histrionibus et oratoribus concedendum est, ut his hec apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum quidem mos tantam habet ex veteri disciplina verecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo. Verentur enim ne si quo casu evenerit ut corporis partes quedam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur. Retinenda igitur est huius generis verecundia, presertim natura ipsa magistra et duce. Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero est venustas, in altero dignitas, venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Ergo et a forma removeatur viro omnis non dignus ornatus. Et huic simile vitium in gestu motuque caveatur. Nam

et palestrici motus sepe sunt odiosiores et histrionum non nulli mo-
tus ineptiis non vacant / et in utroque genere / que sunt recta et simpli-
cia laudantur. Forme autem dignitas coloris tuenda est / color exer-
citatione corporis. Adhibenda est preterea munditia / non odiosa neque ex-
quisita nimis tantum que effugiat agrestem et inhumanam negligentiam
Eadem ratio est habenda vestitus. In quo sicut in plerisque rebus medio-
critas optima est. Cavendum est autem ne aut tarditatibus utamur
in gressu mollioribus / ut similes pomparum ferculis esse videamur.
aut ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. que cum fi-
unt anhelitus moventur vultus mutantur ora torquentur. ex quibus
magna significatio fit non adesse constantiam. Sed multo etiam magis ela-
borandum est / ne animi motus a natura recedant. Quod assequemur si cave-
bimus ne in perturbationes ne exanimationes incidamus / et si atten-
tos animos ad decoris conservationem tenebimus

Motus autem animorum duplices sunt alii cogitationes / alii appeti-
tus. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur appetitus impellit
ad agendum. Curandum est igitur / ut cogitatione ad res quam optimas
utamur appetitum rationi obedientem prebeamus. Et quoniam magna vis orationis
est / eaque duplex altera contentionis / altera sermonis Contentio disceptationibus
aggressionibus familiarium tribuatur iudiciorum contionum senatus. Sermo
in circulis disputationibus / congressionibus familiarium versetur / sequatur etiam
convivia. Contentionis precepta rethorum sunt / nulla sermonis quamquam haud
scio an possint hec quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur magi-
stri. huic autem qui studeant / sunt nulli / rethorum turba referta est
omnia quamquam que verborum sententiarumque precepta sunt / eadem ad sermonem pertinebunt
Sed cum orationis indicem vocem habeamus / in voce autem duo sequamur.
ut clara sit / ut suavis / utrumque a natura petendum est / verum alterum ex-
ercitatio augebit / alterum imitatio presse loquentium et leniter. Nichil
aliud fuit in Catulis / ut eos exquisito iudicio putares uti litte-
ris quamquam erant litterati / sed et alii / hii autem optime uti lingua latina
putabantur / sonus erat dulcis littere neque expresse neque oppresse / ne
aut obscurum esset / aut nimis putidum sine contentione. Vox neque
languens / neque canora uberior oratio L. Crassi. nec minus faceta. Sed
bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et facetiis Cesar
Catuli patris frater vicit omnes. ut in ipso illo forensi genere dicen-
di contentiones aliorum sermone vinceret. In omnibus igitur his elabo-
randum est / si in omni re quid deceat / exquirimus. Sit ergo hic sermo
in quo Socratici maxime excellunt / lenis minimeque pertinax et insit
in eo lepos Nec vero tamquam in possessionem suam venerit exclu-
dat alios Sed cum reliquis in rebus / tum in sermone communi vicissitu-
dinem non iniquam putet / ac videat in primis quibus de rebus loquatur.
si de seriis severitatem adhibeat si iocosis leporem. In primis que

provideat ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus; quod maxime tum solet evenire cum studiose de absentibus detrahendi causa aut per ridiculum aut severe, maledice, contumelioseque dicitur. Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis aut de re publica aut de artium studiis et doctrina. Danda igitur opera est ut si etiam ad alia ceperit, ad hec revocetur oratio. Sed ut cumque aderunt res. Neque enim iisdem de rebus nec in omni tempore nec similiter delectamur. Animadvertendum est etiam quatenus sermo delectationem habeat, et ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Sed quo modo in omni vita rectissime precipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes, sic eiusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut tale aliquod appareat. Maximeque curandum ut eos, cum quibus sermonem conferimus, et vereri et diligere videamur. Obiurgationes etiam nonnumquam incidunt necessarie, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione maiore et verborum gravitate acriore. Id agendum etiam est ut ne ea facere videamur irati. Sed ut adurendi et secandi, sic ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus. Nec umquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nichil recte fieri, nichil considerate potest. Magna autem parte clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adiuncta, ut severitas adhibeatur et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius id causa qui obiurgetur susceptum esse. Rectum est autem etiam in illis contentionibus que cum inimicissimis fiunt, etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere. Que enim cum aliqua perturbatione fiunt, nec constanter fieri possunt nec hiis qui adsunt approbari. Deforme etiam est de se ipso predicare, falsa presertim, et cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Et quoniam omnia persequi volumus, quidem certe dicendum est etiam qualem hominis honorati et principis domum placeat esse. Cuius finis adque accommodanda edificandi est descriptio; ei tamen adhibenda dignitatis commoditatisque diligentia. Cn. Octavio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus quod preclaram edificasset in Palatio et plenam dignitatis domum, que cum vulgo viseretur, suffragata domino novo homini ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit edibus. Ita quod ille in suam domum consulatum primus attulit, hic summi et clarissimi viri filius in domum multiplicatam non repulsam solum rettulit, sed ignominiam et calamitatem. Ornanda est enim dignitas domo, non ex tota domo querenda, nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et ut in ceteris habenda ratio non sua solum sed etiam aliorum

sit in domo clari hominis in quam et hospites multi recipiendi et ad
mittenda hominum generis cuiusque multitudinis. Adhibenda cura est
laxitatis; Aliter ampla est domus dedecori domino sepe fit si est in ea
solitudo. et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari; Odiosum
est enim cum a preterneuntibus dicitur, O domus antiqua. heu quam dispari domino
dominaris. quod quidem his temporibus in multis licet dicere; Cavendum est etiam
presertim si ipse edifices. ne extra modum sumptu et magnificentia prodeas
Quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Studiose enim plerique
presertim in hac parte facta principum imitantur. Ut lucii luculli
summi viri / virtutem quisquam at quam multi villarum magnificentiam imitati sunt
Quarum quidem certe est adhibendus modus. ad mediocritatemque re
vocandus; Eademque mediocritas / ad omnem usum cultumque vite transferen
da est. Sed hec hactenus

In omni autem actione suscipienda tria sunt tenenda primum ut ap
petitus rationi obtemperet. Quo nihil est ad officia conservanda
accommodatius; Deinde ut animadvertatur quanta illa res sit / quam
efficere velimus. ne ve maior / ne ve minor cura et opera susci
piatur / quam causa postulet; Tertium est ut caveamus ut ea que pertinent ad
liberalem speciem et dignitatem moderata sint; Modus autem est optimus
decus ipsum tenere de quo ante diximus nec progredi longius; Horum
tamen trium prestantissimum est appetitum contemperare rationi

Deinceps de ordine rerum et de oportunitate temporum
dicendum est; Hac autem scientia continentur ea quam greci eutaxi
am nominant. Non hanc quam interpretamur modestiam / quo in verbo modus
inest sed illa est eutaxia in qua intelligitur ordinis conservatio
Itaque ut eandem nos et modestiam appellemus / sic diffinitur a
stoyas. Ut modestia sit scientia earum rerum que agentur
aut dicentur loco suo collocandarum. Itaque videtur eadem vis ordinis
et collocationis fore; Nam et ordinem sic diffiniunt. compositionem
rerum aptis et accommodatis locis; Locum autem actionis oportuni
tatem temporis esse dicunt; Tempus autem actionis oportunum grece
eucharia latine appellatur occasio; Sic fit ut modestia hec /
quam interpretamur ita ut dixi / scientia sit oportunitatis ydoneorum
ad agendum temporum; Sed potest eadem esse prudentie diffinitio
de qua principio diximus / Hoc autem loco de moderatione et tem
perantia et aliis similibus virtutibus querimus; Itaque que erant
prudentie propria suo loco dicta sunt; Que autem harum virtutum
de quibus iam diu loquimur que pertinent ad verecundiam et ad eorum
approbationem quibuscum vivimus nunc dicenda sunt

Talis est igitur ordo actionum adhibendus ut quemadmodum
in oratione constanti sic in vita sunt omnia inter se apta et
convenientia; Turpe enim est valde quod in re severa

convivio dignum aut delicatum aliquem inferre sermonem. Be-
ne pericles cum haberet collegam in pretura sophoclem hii quem de
communi officio convenissent et casu formosus puer transiret dixis-
setque sophocles o puerum pulcrum pericle ait at enim pretorem
sophocle decet non solum manus sed etiam oculos abstinentes
habere. Atque hoc idem sophocles si in athletarum approbatione dixis-
set iusta reprehensione caruisset. Tanti vis et loci et temporis
ut si quis cum causam sit acturus in itinere aut in ambulatione secum
ipse meditetur attentius cogitet non reprehendatur. At hoc
idem si in convivio faciat inhumanus videatur inscitia temporis.
Sed ea que multum ab humanitate discrepant ut si quis in foro cantet
aut si qua est alia magna perversitas facile apparent nec magno-
pere admonitionem et precepta desiderant. Que autem parva videntur
esse delicta neque a multis intelligi possunt ab hiis diligentius
est declinandum. Ut in fidibus aut in tibiis quamvis paulum dis-
crepent tamen id a sciente animadverti solet sic videndum est in vita
ne forte quid discrepet vel multo etiam magis quo maior et
melior actionum quam sonorum concentus est. Itaque ut in fidibus
musicorum aures vel minima sentiunt sic nos si acres ac di-
ligentes esse volumus animadversores quam vitiorum magna intelligemus
sepe ex parvis. Ex oculorum obtutu superciliorum aut remissione aut con-
tractione ex mesticia hilaritate ex risu ex locutione ex reticen-
tione ex contentione vocis ex summissione ex reticentia et ceteris
ceteris similibus facile iudicabimus quid apte eorum fiat. quid ab of-
ficio natura discrepet. Quo in genere non est incommodum quale quidque
eorum sit ex aliis iudicare. ut magis in aliis cernamus ut si quid
dedeceat in illos vitemus et ipsi. fit enim nescio quo ut ma-
gis in aliis cernamus quam in nobis metipsis si quid delinquitur
Itaque facillime corriguntur in discendo vitia quorum imitantur
emendandi causa magistri. Nec vero alienum est ad ea eligenda que
dubitationem afferunt adhibere doctos homines vel etiam usu peri-
tos et quid hiis de unoquoque genere officii placeat. Maior enim
pars eo fere deferri solet quo a natura ipsa deducitur. In quibus
videndum est non modo quid quisque loquatur sed etiam quid quisque sentiat
atque etiam qua de causa quisque sentiat. Ut enim pictores et hii qui signa
fabricantur et vero etiam poete suum quisque opus a vulgo considerari
vult ut si quid reprehensum sit a pluribus id corrigatur hique et se-
cum et cum aliis quid in eo peccatum sit exquirunt sic aliorum iudicio per-
multa nobis facienda et non facienda et mutanda et corrigenda
sunt. Que vero more aguntur et institutis civilibus de hiis nichil
est precipiendum. Illa enim ipsa precepta sunt. Nec quemquam hoc errore
duci oportet ut si quid socrates aut aristippus contra morem

consuetudine et civile regerit locatus sit; Itaque si arbitretur
licere; Magni illi et divini homines hac licentia assequebantur
Cinicorum vero ratio tota est eiicienda. est enim inimica verecundie. sine qua nil
rectum esse potest, nil honestum; Eos autem quorum vita perspecta in rebus
honestis atque magnis est, bene de re publica sentientes ac bene meri
tos aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, observare et col
ere debemus; Tribuere etiam multum senectuti. cedere hiis qui magistra
tum habebunt. habere delictum civis et peregrini. In ipso que peregrino privatim
ne an publice venit; Ad summa ne agam de singulis, commu
nem totius generis hominum conciliationem et consociationem colere tueri, servare
debemus; Iam de artificiis et questibus qui liberales habendi qui
sordidi sint, hec fere accepimus; Primum improbantur hi questus
qui in odia hominum incurrunt. ut portitorum aut feneratorum; Illibera
les autem et sordidi questus, mercenariorum omnium quorum opera, non quorum
artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis
Sordidi enim putantur qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant
Nichil enim proficiunt nisi admodum mentiantur. Nec vero est quicquam turpi
us vanitate Opificesque omnes in sordida arte versantur; Nec vero
quicquam ingenuum potest habere officina; Minime que artes probande
que ministre sunt voluptatum; Cetarii lanii coci fartores, pisca
tores ut ait terentius. Adde huc si placet unguentarios, salta
tores totumque ludum talarium; Quibus autem artibus, aut prudentia
maior inest, aut non mediocris utilitas queritur ut medicina ut
architectura ut doctrina rerum honestarum, hee sunt hiis quorum
ordini conveniunt honeste Mercatura autem si tenuis est, sordida
putanda est; Sin magna et copiosa, multa undique apportans
multisque sine vanitate impertiens non est admodum vituperanda; Atque
etiam si satiata questu vel contenta potius, ut sepe ex alto por
tum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulit videtur iure
optimo posse laudari, Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur
nil est agricultura melius, nil uberius. nil dulcius. nil homine
libero dignius De qua quoniam in catone maiore satis multa diximus
illinc assumes que ad hunc locum pertinebunt

Sed ab hiis partibus que sunt honestatis quemadmodum officia du
cerentur satis expositum videtur; Eorum autem ipsorum que honesta
sunt potest incidere sepe contentio et comparatio, de duobus honestis utrum
honestius. Qui locus a panecio est pretermissus; Nam cum omnis hone
stas manet a partibus quattuor quarum una sit cognitionis altera communitatis tercia
magnanimitatis quarta moderationis hee in deligendo officio sepe inter
se comparentur necesse est; Placet igitur aptiora esse nature ea officia que
ex communitate quam ea que ex cognitione ducantur; Idque hoc argumento confir
mari potest. Quod si contigit ea vita sapienti ut omnium rerum

affluentibus copiis dicetur quamvis omnia que cognitione digna sunt
summo otio secum ipse consideret et contempletur, tamen si sollicitudo
tanta sit ut hominem videre non possit excedat e vita. Princepsque est
omnium virtutum ipsa sapientia quam sophiam greci vocant. Prudentiam
enim quam vocant greci fronesim aliam quandam intelligimus que est
rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia quam
principem dixi rerum est divinarum humanarum scientia, in qua contine-
tur deorum et hominum civitas et societas inter ipsos. Ea si maxime
est ut est necesse est quod a civitate ducatur officium de esse maximum
Est enim cognitio contemplatioque nature manca quodammodo et inchoata
sit si actio nulla rerum consequatur. Ea enim actio in hominum commo-
dis tuendis maxime cernitur. Pertinet igitur ad societatem
generis humani. Ergo hec cognitioni anteponenda est. Atque id optimus
quisque re ipsa ostendit et iudicat. Quis enim est tam cupidus in perspi-
cienda cognoscendaque rerum natura ut si ei tractanti contemplanti-
que res cognitione dignissimas subito sit allatum periculum discrimen-
que patrie cui subvenire opitularique possit non illa omnia relin-
quat atque abiciat, etiam si dinumerare se stellas aut metiri mundi
magnitudinem posse arbitraretur. Atque hoc in parentes in amici re
aut periculo fecerit. Quibus rebus intelligitur studiis officiisque
scientie preponenda esse officia iustitie, que pertinet ad hominum utili-
tatem qua nichil homini debet. Atque illi quorum studia vita-
que omnis in rerum cognitione versata est tamen ab augendis hominum
utilitatibus et commodis non recesserunt. Nam et erudierunt
multos, quo meliores cives utilioresque rebus et suis et pu-
blicis essent. Ut thebanum epaminundam lisias pitagoreus
siracusium dionem plato. multique multos. Nosque ipsi quidquid ad rem-
publicam attulimus a doctoribus atque doctrina instructi ad eam et or-
nati accessimus. Neque solum vivi atque presentes studiosos discendi
erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum
assequuntur. Nec enim ullus locus est pretermissus ab hiis qui ad le-
ges qui ad mores qui ad disciplinam rei publice pertinet. Ita ut
otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita illi ipsi do-
ctrine studiis et sapientie dediti ad hominum utilitatem suam sapientiam
prudentiam intelligentiamque potissimum conferunt. Ob eam etiam
causam eloqui copiose modo prudenter melius est quam vel acutissime
sine eloquentia cogitare, quod cogitatio in se ipsa vertitur. Eloquen-
tia complectitur eos quibus cum civitate iuncti sumus. Atque ut
apium examina non fingendorum favorum causa congregantur sed cum
congregabilia sint natura fingunt favos, sic homines ac multo
etiam natura congregati adhibent agendi cogitandique sollertiam.
Itaque nisi ea virtus que constat ex hominibus tuendis .i.

ex societate generis humani attingit cogitationem rerum solivaga et nuda cognicio et ieiuna videatur. Item quod magnitudo animi remota communita
te coniunctioneque humana feritas sit quedam et inmanitas. Ita
fit ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. Nec
verum est quod dicitur a quibusdam propter necessitatem vite, que ea que natura desideraret
consequi sine aliis atque efficere non possemus. Ideo istam esse
cum hominibus communitatem atque societatem. Quod si omnia nobis que ad
victum cultumque pertinet, quasi virgula divina ut aiunt suppedita
rentur cum optimo quisque ingenio negociis omnibus obmissis totum
se in cognitione et scientia collocaret. Non ita est. Nam et solitudinem
fugeret. et socium studii quereret. tum docere tum discere vellet. tum
audire tum dicere. Ergo omne officium quod ad communitatem hominum et so
cietatem tuendam valet anteponendum illi officio quod cognitione et scientia
continetur. Illud forsitan querendum sit num hec communitas que maxime
est apta nature. sit etiam moderationi modestieque semper anteponenda.
Non placet. Sunt enim partim quedam ita feda, partim ita flagicio
sa, ut ea nec obseruande quidem patrie causa sapiens facturus
sit. Ea posidonius collegit permulta. sed ita tetra quedam ita, ut
dictu quoque turpia videantur. Nec igitur non suscipiat quivis rei pu
blice nec rei quidem publice pro se suscipi volet. Sed et hec commodius
se res habet. quod non potest accidere tempus ut intersit rei publice quicquam illorum facere
sapientem. Quare hoc quidem effectum sit in officiis diligendis genus
officiorum excellere quod teneatur hominum societatem. Et enim cognitionem prude
ciam quoque sequitur considerata actio. Ita fit ut agere considerare plu
ris sit cogitare quam prudenter. Atque hec quidem actenus. Patefactus
enim locus est ipse ut non difficile sit in exquirendo officio quod cuique sit
preponendum videre. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum ex quibus
quid cuique prestet intelligi possit, ut prima diis inmortalibus. Secunda
patrie. tertia parentibus. brevique disputatione intelligi potest non solum
id homines solere dubitare, honestumne an turpe sit, sed etiam
duobus propositis honestis utrum honestius. Hic locus est a panecio ut supra dixi pretermissus. Sed ad alia transeamus.

Quemadmodum officia ducerentur ab honestate Marce fi
li atque ab omni genere virtutis satis explicatum arbitror in
libro superiore. Sequitur ut hec officiorum genera persequar que
pertinent ad vite cultum. et ad earum rerum quibus utuntur
homines facultatem, ad opes, ad copias. In quo tum
queri dixi quid utile quid inutile. De quibus dicere aggrediar, si
pauca prius de instituto aut de iudicio meo dixero. Quamquam enim
libri nostri complures non modo ad legendi. sed etiam ad scribendi studi
um excitaverunt tamen interdum vereor ne quibusdam viris bonis

phye nomē sit inuisum inuenir q3 in ea tm̄ me ope et tpis
pone; Ego aut qdiu res pu. p eos gerebatur qbus se ipsa com-
serat omes meas curas cogitacōnes q3 in eaz conferebaz; Cu
aut dnatu unius omia teneret, neq3 eet usq3 consilia aut
autoritati locus Socios denique tuende rei pu. summos viros
amisissem, nc me angoribus dedi qbus essem confectus nisi his
restitissem nc rursum indignis homine docto uoluptatibus; Atq3
ut res pu. stetisset quo ceperat statu, nc in homines nō tam
comutandarum q euertendarum rerum cupidos incidisset;
Primu enim ut stante re pu. facere solebamus, in agendo plus
q in scribendo ope poneremus; deinde scriptis ipis nō ea q nunc s3
actiones nras mandaremus ut sepe fecimus; Cum aut re
pu in qua omis mea cura cogitacio opa poni solebat nulla
esset oio illē s. lre conticuerunt forenses et senatorie Nichil
aut agere cu aius nō posset in his studiis initiatus etatis,
existimaui honestissime posse deponi si me ad phiaz retu-
lissem; Cui cu multu adolescens discendi cam tpis tribuissez
posea q honoribus inseruire cepi, mz totu rei pu tradidi
tm erat phye loci quntuz superfuerat amicorum et rei pu. tpis
Id aut ome consumebatur in legendo scribendi otiu nō erat
Maximus ic in malis hc tn boni assecuti uidemur, ut ea
litteris mandaremus que nc erant nō nris. eciaz erant
cogicōne dignissima Quid enim ē p deos optabilius sapia.
quid prestancius. Qd homi melius. quid homine dignius
hanc qui expetunt, g phy nominant. Nec quicq aliud est phia
si interptari uelis pter studiu sapiencie; Sapia aut ē ut
auctis phys difinitu ē rerum diuinaru et humanarum
causaruq3 quibus hee res continentur scia. Cuius studiu qui
uituperat, quid sane intelligo, qd naz sit qd laudandu putz
Naz siue oblectacio ai queritur, requies q3 curaru q conferri
ri cum eoru studiis pt, qui semper aliqd inqrunt quod
spectet ualet ad bn bteq3 uiuendu. siue ro constancie uir-
tutisq3 queritur aut h ars ē aut nulla oio pqua eas assequamur
Nullaz dre maximaru reru arte ee, cu minimaru rerum
sine arte nulla sit, homi estaz parum considerate loquentu. at
q3 in maximis rebus errantu; Si aut ē aliqua disciplina
virtutis, ubi ea queretur cu ab hc gne discendi discesseris. Et3
hec cu ad phiaz cohortamur accuratius disputari solet. qd
alio quodaz libro fecimus; hc aut tpe tm nobis declarandu
fuit, cur orbati rei pu. muneribus ad hc nos contulissemus
studiu potissimu, Occurrit aut nobis eadez a doctis et eru-
ditis querentibus satis ne constanter facere uideamur, qui

: sapia

cū pꝑcipi nil' posse dicamus / tn̄ et alijs de rebus disserere sole
amus. et hᶜ ipo tp̄e pceptā officij prosequamur. Quibꝰ uel
lem satis cog̃ta eēt nr̄a sn̄ia. Non em̄ sumꝰ hi quorū uage
tur ams errore. nec hēat unquā quid sequatur. Que eēt
eēt ista mens ut que uita potius nō solū disputandi sꝫ eciā
uiuendi rōne sublata. Nos aūt ut ceti qui alia c̄ta / alia ī
certa ēē dicūt; Sic ab hijs dissencientes alia pbabilia / ꝯ̃ alia di
cimus; Quid ē igitᶻ qd̓ me ipediat / ea q̄ pbabilia m̄ uideantᶻ
sequi que contra ipbare. atqꝫ affirmandi arroganciā uita
re. fugere temitatē que a sapiā dissidet plurimū. Contra
aūt omiā disputantᶻ qd̓ hᶜ ipm̄ pbaˡᵉ eluceᷣ nō possit ṅ ex
utraqꝫ pte causarū esset fc̄ta contencō. Sꝫ h explanata sᷓ
in Achademicis meis satis ut arbitror diligent; Tibi autē
mi Cicero q̄q̄ in antiq̄ssima nobilissima qꝫ phya Cratippo
autore usᷓris his simillimo / q̄ ista pclara pepererūt / tn̄ hec
nr̄a finitima uris ignota ēē nolui; Sꝫ iā ad instituta perga
mus

Quinqꝫ igitur rōnibꝰ ꝓpositis officij psequndi / quarū due ad
decus honestatē qꝫ ptinet / due ad comoda uite / copias
opes / facultates / Quīta ad eligendi iudiciū si q̄n ea que dixi pu
gnare int' se uideantᶻ honestatis ps confc̄ta ē. quā qdē t' cupio
ēē notissimā / hec aūt dequo nūc agimus / id ipm̄ ē qd̓ utile
appellatur. Inquo u̇bo lapsa consuetudo deflexit demū sen
sim qꝫ eo deducta ē ut ab honesto utile se cernēt et constituēt
honestum aliqd̓ qd̓ utile nō eēt. et utile qd̓ nō honestū. qua
nulla pnicies maior hom̄ uite potuit afferri; Summa qdē
auctoritate phi seuere sane et honeste / h tria gn̄a confusa
cogiᷓcōne distinguūt; Quicqd ē iustū sit id eciā utile ēē cēsēt
Itē qꝫ qd̓ honestū id ēē iustū exquo efficitur ut q̄cqd hone
stum sit idem sit utile. Qꝫ qui pspiciūt parū hi sepe u̇sutos
homines et callidos admirantes maliciā sapiā iudicāt. Quo
rū error extirpiendus ē. Opio qꝫ omnis adeā spē traducenda
ut honestis consilijs iustis qꝫ fc̄tis nō fraude et malicia se in
telligant ea q̄ uelint consequi posse. Que u̇o ad uitā hom̄
tuendā ptinet ptim sunt īaīata ut aurū argentū ut ea gi
gnūtᶻ e t̃ra. ut alia gn̄is eiusdē. ptim aīā que hn̄t suos ī
petus et rerū appetitꝰ; Eorū aūt alia rōnis exptia sūt / alia
rōne utencia; Exptes rōnis equi boues reliq̄ pecudes / apes
quarū ope efficitur aliqd aduisū hom̄ atqꝫ uitā; Rōne aūt
utenciū duo gn̄ᶻa ponūtᶻ d̓orū unū altm̄ hom̄; d̓os placa
tos pietas efficiet et sc̄itas; proxime aūt et sm̄ d̓os / hoīes
hominibꝰ maxīe utiles ēē pnt; Earū qꝫ itm̄ rerū q̄ noceant

et absint, eadem divisio est; Sed que deos nocere non putant, his ex
ceptis homines hominibus obesse plurimum arbitrantur; Ea enim ipsa
que inanimata diximus, plura que sunt hominum operis effecta. que
nec haberemus nisi manus et ars accessisset ne his sine hominum administra
tione uteremur. Neque enim valitudinis curatio, neque navigatio, neque agricul
tura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio sine
hominum opera, ulla esse potuissent. Iam vero et earum rerum quibus
habundaremus exportatio et earum rerum quibus egeremus ~~exportatio~~
invectio certe nulla esset nisi hiis muneribus homines fungerentur.
Eademque ratione nec lapides a terra exciderentur ad usum nostrum necessarii
nec ferrum es argentum aurum effoderet penitus abditum, sine
hominum labore et manu. Tecta vero quibus et frigorum vis pelleretur
et calorum molestie sedarentur, unde aut initio generi humano dari po
tuissent aut postea subvenire, si aut intempestate aut terre motu
aut vetustate cecidissent, nisi communis vita ab hominibus harum rerum au
xilia petere didicisset. Adde ductus aquarum diriuationes fluminum, ag
rorum irrigationes moles oppositas portus manu factos. que unde
sine hominum opere habere possemus? Ex quibus omnibus multisque ali
is perspicuum est qui fructus quique utilitates ex rebus hiis que sint in
animate percipiantur eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera ca
pere potuisse; Qui denique ex bestiis fructus aut que commoditas nisi
homines adiuvaret percipi posset. Nam et qui principes inve
niendi fuerunt quem ex quaque bellua usum habere possemus. ho
mines certe fuerunt; Nec hoc tempore, sine hominum opera aut pascere aut do
mare, aut tueri, aut tempestivos fructus ex hiis capere possemus;
Ab eisdemque et ea que nocent interficiuntur. et que usui possunt esse ca
piuntur; Quid enumerarem artium multitudinem, sine quibus vita omnino
nulla esse potuisset. Quid enim egris subveniretur que esset oble
ctatio valencium, qui victus aut cultus nisi tam multe artes ministra
rent quibus rebus exculta hominum vita, tum destitit a victu et
cultu bestiarum; Urbes vero sine hominum cetu non potuisset nec edi
ficari nec frequentari. Ex quo leges moresque constituti tum
iuris equa descriptio. certaque vivendi disciplina. quas res et
mansuetudo animorum et verecundia est. effectumque est ut esset vita
munitior. atque ut dando et accipiendo permutandisque facultatibus
et commodis, nulla re egemus, longiores hoc loco sumus quam
necesse; Quis est enim cui non perspicua sint illa, que pluribus verbis
a Panecio commemorantur, neminem neque ducem bello nec princi
pem domi magnas res et salutares, sine hominum studiis ge
re potuisse; Utitur in re non dubia, testibus non necessariis; At
que ut magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum atque
consensu sic nulla tam detestabilis est quin non homini ab homine

nascatur ; Est dicearchi liber de interitu hominum peripatetici ma
gni et copiosi . Qui collectis ceteris causis eluuionis pestilen
cie uastitatis belluarum etiam repentine multitudinis . quarum
impetu docet quedam hominum genera esse consumpta deinde
comparat quanto plures deleti sunt homines hominum impetu i bel
lis aut sedicionibus , quam omni reliqua calamitate . Cum igitur hic
locus nichil habet dubitacionis quin homines plurimum hominibus
et prosint et obsint proprium hoc statuo esse uirtutis , conciliare
animos hominum . et ad usus adiungere . Itaque que in rebus inanimis
queque et tractacione belluarum fiunt utiliter ad hominum uitam arti
bus ea tribuuntur operosis ; Hominum autem studia ad amplificacionem
nostrarum rerum prompta et parata uirorum prestancium sapiencia et uir
tute excitantur ; Et enim , uirtus omnis , tribus in rebus fere uertitur
quarum una est in perspiciendo quid in quaque re uerum sincerumque sit .
quid consentaneum cuique quid consequens . ex quo quaeque gignantur
que cuiusque rei causa sit . Alterum cohibere motus animi turbatos ,
quos greci pathos nominant . Appeticionesque , quas illi hormas ,
obedientes efficere racioni ; Tercium hiis quibuscum congregemur uti mo
derate et scienter . quorum studiis ea que natura desiderat expleta cu
mulataque habeamus , per eosdemque si quid importetur nobis incommo
di propulsemus . ulciscamurque eos qui nocere nobis conati sunt . tan
taque pena afficiamus , quanta equitas humanitatis que patitur
Quibus autem racionibus hanc facultatem assequi possimus ut hominum
studia complectamur , eaque teneamus dicemus , Neque ista mul
to post ; si et pauca ante dicenda sunt ; Magnam uim esse in fortuna
in utramque partem , ut secundas ad res ut aduersas quis ignorat . Nam
et cum prospero flatu eius utimur ad optatos exitus peruehimur
et cum reflauit affligimur ; Hec igitur ipsa fortuna ceteros casus rario
res habet . Primum ab inanimis procellas tempestates naufragia rui
nas incendia . Deinde a bestiis ictus morsus impetus ; Hec igitur
ut dixi rariora . At interitus exercituum , ut proxime trium sepe
multorum clades imperatorum , ut nuper summi ac singularis uiri
Inuidie preterea multitudinis atque ob eas bene meritorum sepe ciuium
expulsiones , calamitates fuge , rursusque secunde res honores
imperia uictorie quamquam fortuita sunt tamen sine hominum opibus et studiis
neutram in partem effici possunt

Hoc igitur cognito dicendum est quonam modo hominum studia ad utilita
tes nostras allicere atque excitare possimus Que si longior fuerit
oracio cum magnitudine utilitatis comparetur ; Ita fortasse etiam breuior
uidebitur ; Quecumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum
atque honestandum aut beniuolencie gracia faciunt cum aliqua de causa
quempiam diligunt . aut honoris . si cuius uirtutem suspiciunt . et si que

dignum fortuna quam amplissima putant. aut cui fidem habent et
bene de rebus suis consulere arbitrantur. aut cuius opes metuunt
Aut quos ab his aliquid expectant, ut cum reges populares ve homines
largitiones aliquas proponunt. aut postremo precio aut mercede dedu
cuntur. Que sordidissima est eadem ratio et inquinatissima et his
qui ea tenentur et illis qui ad eam confugere conantur. Male
enim se res habet cum id quod virtute effici debet id temptatur pecunia
Sed quoniam nunquam hoc subsidium necessarium est quemadmodum sit uten
dum dicemus si prius his de rebus que virtuti propiores sunt
dixerimus. Atque etiam subiciunt se homines imperio alterius et potesta
ti de causis pluribus. Ducuntur enim aut benivolencia aut beneficiorum
magnitudine aut dignitatis prestancia, aut spe sibi id utile futurum:
aut metu, ne vi parere cogantur. aut spe largicionis promissisque
capti. Aut postremo ut sepe in nostra re publica videmus mercede
conducti. Rerum autem omnium nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac
tenendas quam diligi nec alienius quam timeri. Preclare enim ennius.
quem metuunt oderunt quem quisque odit perisse expetit. Multorum
autem odiis nullas opes posse obsistere si antea fuit ignotum, nuper
est cognitum. Nec vero huius tiranni solum quem armis oppressa
pertulit civitas, interitus declarat quantum odium hominum valet ad
pestem. Sed reliquorum exitus tirannorum quorum aut fere quisquam
interitum similem subterfugit. Malus enim est custos diuturnitatis
metus. Contra quam benivolencia fidelis vel ad perpetuitatem. Sed
his qui vi oppressos imperio coherceant sit sane adhibenda sevi
tia. ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Qui vero in libera
civitate ita se instruunt ut metuantur his nichil potest esse demencius
Quamvis enim sint demerse leges alicuius opibus quamvis treme
facta quamvis libertas emergit tamen hec aliquando aut iudiciis tacitis aut occultis
de honore suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermisse
libertatis quam retente. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem
solum sed etiam ad opes et potenciam valet plurimum, id amplec
tamur ut metus absit. caritas retineatur. Ita facillime que
volumus et privatis rebus, et in re publica consequemur. Et enim
qui se metui volent a quibus metuuntur eosdem metuant ipsi
necesse est. Quid enim censemus superiorem illum dionisium quo cru
ciatu timoris angi solitum qui cultros metuens tonsorios,
candente carbone sibi adurebat capillum. Quid alexandrum
ferreum. quo animo vixisse arbitramur. qui ut scriptum legimus
cum uxore theben admodum diligeretur tamen ad eam in cubiculum
ex epulis veniens, barbarum et eumquidem ut scriptum est compunc
tum notis traciis districto gladio iubebat anteire; premitte
bat quam de stipatoribus suis qui perscrutarentur arculas muliebres

et necessaria inextimantes celum occultaret exquireret; comiserunt
qui fideliorem et barbarum et stigmaticum putaret quam coniugem
Nec eum fefellit; ab ea est enim ipse propter pelicatus interfectus suspi-
cione Nec vero ulla vis imperii tanta est que premente ~~crude-~~
~~litas qui non ex insidiis interiit~~ metu possit esse diuturna; Testis
est phalaris cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas qui non ex in-
sidiis interiit. ut hic quem modo dixi. alexander. non a paucis ut
hic noster. sed in quem universa aggentinorum multitudo impetum fecit; Quid
macedones. nonne demetrium reliquerunt. universique se ad pir-
rum contulerunt. Quid lacedemonios iniuste imperantes. nonne
repente omnes socii fere deseruerunt. spectatoresque se otiosos
prebuerunt leuctrice calamitatis. Externa libentius in tali re
quam domestica recordor; Verumtamen quam diu imperium rei publice beneficiis
tenebatur non iniuriis bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur
Exitus erant bellorum ut mites aut necessarii Regum populorum nationum
portus erat et refugium senatus; Nostri autem ~~mirati~~ ingratus
imperatoresque ex una hac re maximam laudem capere studebant
si provincias si socios equitate et fide defendissent; Itaque illud
patrocinium orbis terre verius quam imperium poterat nominari Sen-
sim hanc consuetudinem et disciplinam iam minuebamus. post vero
sille victoriam penitus amisimus. Desitum est enim videri quicquam in socios
iniquum cum extitisset et in cives tanta crudelitas; Ergo in illo
secuta est honestam causam non honesta victoria; Est enim ausus dicere
hasta posita, cum bona in foro venderet et bonorum virorum et lo-
cupletium et certe civium predam suam se vendere; Secutus est qui in causa
impia victoria etiam fediore non solum singulorum civium bona
publicaret sed universas provincias regionesque uno calamitatis
~~regione~~ iure comprehenderet; Itaque vexatis ac perditis exteris na-
tionibus ad exemplum amissi imperii portari in triumpho massiliam
vidimus et ea urbe triumphari sine qua numquam nostri imperatores ex
transalpinis bellis triumpharunt; Multa praeterea commemorarem
nefaria in socios si hoc uno quicquam sol vidisset indignius; Iure
igitur plectimur Nisi enim multorum impunita scelera tulissemus numquam
ad unum tanta pervenisset licentia. a quo quidem rei familiaris
ad paucos cupiditatum ad multos venit hereditas improbos; Nec
vero umquam bellorum civilium semen et causa deerit homines perditi ha-
stam illam cruentam meminerint et sperabunt quam. L. Sulla cum
vibrasset dictatore propinquo suo idem sexto tricesimo anno post
a sceleratione hasta eadem non recessit. Alter autem qui in illa di-
ctatura scriba fuerat. in hac fuit questor urbanus. Ex quo
debet intelligi talibus premiis propositis numquam defutura bella
civilia; Itaque parietes urbis stant et manent hi quidem ipsi

iam extrema scelera metuetes. Rem vero pu. penitus amisimus
Atque in has clades incidimus. Redeundum est enim ad propositum
dum metui quam cari esse et diligi malumus. que si populo romano
iniuste imperanti accidere potuerunt quid debent putare singuli. quod
cum perspicuum sit benivolencie vim esse magnam metus imbecil
lem. sequitur ut disseramus quibus rebus possimus facillime eam quam
volumus adipisci cum honore et fide caritatem. Sed ea non pariter
omnes egemus. Nam ad cuiusque vitam institutam accomodandum est a mul
tis ne opus sit an satis sit a paucis diligi. Certum igitur hoc sit id
quod et primum et maxime necesse familiaritates habere fidas amantium
nos amicorum et nostra mirantium. hec enim est una res prorsus
ut non differat inter summos et mediocres viros. Eaque
est utrisque prope modum comparanda. honore et gloria et benivolencia
civium fortasse non eque omnes egent. Sed tamen si cui hec suppetunt
adiuvant aliquantum cum ad cetera tum ad amicicias comparandas. Sed
amicicia alio libro dictum est qui inscribitur Lelius. Nunc dicamus
de gloria. quamquam ea quoque de re duo sunt libri. Sed attingamus quam
quidem ea in rebus maioribus administrandis adiuvat plurimum
Summa igitur et perfecta
gloria constat ex tribus his. Si diligit multitudo. si fidem
habet. si cum admiracione quadam honore dignos putet. hec
autem si est simpliciter breviterque dicendum quibus rebus pariuntur a
singulis. eisdem fere a multitudine. Sed est alius quidam aditus
ad multitudinem ut in universorum animos tanquam influere possi
mus. Ac primum de illis tribus que ante dixi. benivolencie precep
ta videamus. Que quidem capitur beneficiis maxime. Secundo
autem loco benefica voluntate benivolencia movetur. eciam si res
forte non suppetat vehementer autem amor multitudinis commovetur
ipsa fama et opinione liberalitatis. beneficencie. iusticie fidei omnium
que earum virtutum que pertinent ad mansuetudinem morum ac facili
tatem. et enim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus. quia per se nobis
placet animosque omnium natura et specie commovet maximeque quasi perlucet
ex his quas commemoravi virtutibus. Idcirco illos in quibus eas virtutes
esse remur a natura ipsa diligere cogimur. Atque hec quidem causae diligen
di gravissima possunt enim preterea non nulle esse leviores
Fides autem ut habeatur duabus rebus effici potest. si existimabimur
adepti coniunctam cum iusticia prudenciam. Nam et his fidem
habemus quos plus intelligere quam nos arbitramur quosque futura pro
spicere credimus et cum res agatur in discrimenque ventum sit ex
pedire rem et consilium extempore capere posse. hanc enim homines
utilem existimant veramque prudenciam iustis. Iustis autem et
fidis hominibus id est bonis viris ita fides habetur ut nulla sit in

hys fraudis iniurie qz suspicio. Itaqz his salutez nram hys
fortunas his liberos rectissime committi arbitram; Harum igr
duarum ad fidez faciendaz iusticia plus pollet. quippe cum ea sine
prudencia satis heat autoritatis. prudencia sine iusticia nil
valet ad faciendaz fidem; Quo enim qs versucior et callidior:
hoc invisior et suspectior detracta opinione probitatis; Quam:
obrez intelligentie iusticia coniuncta quantum volet hebit ad faci
endaz fidem virium; Iusticia sine prudencia multum poterit sine iu
sticia nichil valebit prudencia. Sz ne qs sit admiratus cum inter
int omnes phos constet a me qz ipso disputatum sit, qui unam habet
omnes hret virtutes; Nunc itaqz se iungatz qz possit qsqz qui non idem
prudens sit, iustus esse. Alia est illa cum veritas ipa limatur in dispu
tacione ~~sublimitatis~~ subtilitas, alia cum ad opinionem comunem omnis acco
modatur oratio; Quamobrez ut vulgus ita nos hoc loco loquimur
ut alios fortes alios viros bonos alios prudentes dicamus
Popularibus enim verbis est agendum et usitatis cum loquamur
de opinione populari Idqz eodemmo fecit panetius; Sz ad po
situm revertamur. Erat igitur ex tribus que ad gloriaz ptinent, hoc
tercium ut cum admiracione hominum honore ablis dig iudicare
mur; Admirantur igitur illi quidez omnia, que magna et pter
opinionez suaz animadverterunt; Separatim autem in singulis, si pro
spiciunt quedaz bona nec opinata; Itaqz eos viros suspiciunt
maximisqz efferunt laudibus in quibus extimant se excellen
tes quasdaz et singulares virtutes pspicere. Despiciunt autem
eos et contempnunt, in quibus nil virtutis nil animi nil nervorum pu
tant. non enim omnes res contempnunt, de quibus male existimant
Nam quos improbos maledicos fraudulentos putant et ad
faciendaz iniuriaz instructos, eos haud contempnunt quidem
sz de hys male extimant; Quamobrez ut ante dixi contempnuntur
hi qui nec sibi nec alteri prosunt, ut dicitur in quibus nullus labor
nulla industria nulla cura est; Admiracione quadaz affici
untur hy qui antire ceteros virtute putantur. et cum omni carere
decore tum vero hys viciis quibus alii non facile possunt obsistere
Nam et voluptates blandissime domine maiores ptes animi a vir
tute detorquent; Et dolor cum admoventur faces preter
modum plerique exterrent; Vita mors divicie paupertas
omnes homines vehementissime pmovent Que qui in utramqz
ptem excelso animo magnoqz despiciunt; Cum qz aliqua his
ampla et honesta res obiecta est totos te ad se convertit
et rapit tum qs non admiretur splendorem pulcritudinemqz vir
tutis; Ergo et hec animi despicienda admirabilitatez ma
gnaz facit et maxime iusticiaz, ex qua una virtute viri

boni appellantur iustitia quedam multitudini videtur. Nec iniuria
nemo enim iustus esse potest qui mortem, qui dolorem, qui exilium
qui egestatem timet. aut qui ea que his bonis sunt contraria
equitati anteponit. Maximeque admirantur eum qui pecunia non mo
vetur. quod in quo viro perspectum sit hunc dignum spectatu arbi
trantur. Itaque illa tria que proposita sunt ad gloriam omnia iusti
tia conficit et benivolentiam, quod prodesse vult plurimis. et
ob eandem causam fidem et admirationem, quod ea res spernit et negli
git ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur. Ac
mea quidem sententia, omnis ratio et institutio vite adiumenta ho
minum desiderat inprimisque ut habeas quibuscum possis familiares
conferre sermones quod est difficile, nisi speciem pre te boni viri fe
ras. Ergo etiam solitario homini atque in agro vitam agenti
opinio iustitie necessaria est. eo quod magis quod si etiam non habebunt iniusti
habebuntur. Nullis presidiis septi multis afficientur iniuriis.
Atque his etiam qui vendunt, conducunt locant contrahendisque
negotiis implicantur iustitia ad rem gerendam necessaria est. cuius tanta
vis est, ut nec illi quidem qui maleficio et scelere pascun
tur. possint sine ulla particula iustitie vivere. Nam qui eorum
cuipiam qui una latrocinantur furatur aliquid aut eripit, is sibi
nec in latrocinio quidem relinquit locum. Ille autem qui archipi
rata dicitur nisi equaliter predam dispertiat, aut occidatur a sociis
aut relinquatur. Quin etiam leges latronum esse dicuntur
quibus pareant quas observent. Itaque propter equabilem prede
particionem et bargulus illiricus latro de quo est apud teopompum
magnas opes habuit. et multo maiores viriatus lusitanus
Cui quidem exercitus nostri imperatoresque cesserunt. Quem C. lelius
his qui sapiens usurpatur fregit et comminuit. ferocita
temque eius ita repressit ut facile bellum reliquis traderet. Cum igi
tur tanta vis iustitie sit ut ea etiam latronum opes firmet atque
augeat quantam eius vim inter leges et iudicia et instituta
rei publice fore putamus. Michi quidem non apud medos so
lum ut ait herodotus sed etiam apud maiores nostros fruende
de iustitie causa videntur enim bene olim morati reges constitu
ti. Nam cum premeretur in otio multitudo ab his qui maiores
opes haberent ad unum aliquem confugiebant virtute prestantem
Qui cum prohiberet iniuria tenuiores equitate constituenda
summos cum infimis pari iure retinebat. Eademque constituenda
rum legum fuit causa que regum. Ius enim semper quesitum
est equabile. Neque enim aliter esset ius. Id si ab uno iusto
et bono viro consequebantur, erant eo contenti. Cum id
minus contingeret, leges sunt invente que cum omnibus

una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est eos
ad imperandum deligi solitos quorum de iustitia magna esset opi-
nio multitudinis. Adiuncto vero hoc ut idem et prudentes haberentur
nihil erat quod homines hys auctoribus non posse se consequi
arbitrarentur. Omni igitur ratione colenda et retinenda iustitia
tum ipsa per se. Nam aliter iustitia non esset tum propter amplificationem
honoris et glorie. Sed ut pecunie querende non solum ratio est
sed etiam collocande que perpetuos sumptus suppeditet nec solum
necessarios sed etiam ~~suppeditet~~ liberales sic gloria querenda et
collocanda ratione est. Quamquam preclare socrates hanc viam ad
gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse si quis id ageret
ut qualis haberi vellet talis esset. Quod si qui simulatione
et inani ostentatione / et ficto non modo sermone / sed etiam vul-
tu stabilem se gloriam consequi posse rentur vehementer errant
Vera gloria radices agit atque etiam propagatur. ficta omnia
celeriter atque flosculi decidunt. Nec simulatum quicquam potest esse diu-
turnum. Testes sunt permulti in utramque partem; sed brevitatis
causa / familia contenti erimus una. Tiberius gracchus
pub. filius tam diu laudabitur dum memoria rerum roma-
narum manebit. At eius filii nec vivi probantur bonis et mor-
et paulo et varone consulibus eos senatus non censuit redi
mendos cum id parva pecunia fieri posset ut esset insitum mili
tibus nostris aut vincere aut emori. Qua quidem re audita
fractum animum hanibalis scribit idem quod senatus populusque roma
nus rebus afflictis tam excelso animo fuisset. sic honestatis
comparatione ea que videntur utilia vincuntur. Acilius autem
qui grece scripsit historiam plures ait fuisse qui in castra
revertissent eadem fraude ut iureiurando liberarentur eosque
a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit iam huius loci
finis. perspicuum est enim ea que timido animo humili demisso fra
cto que fiant. quale fuisse reguli factum si aut de captivis
quod ipsi opus esse videretur non quod rei publice censuisset aut domi re
manere voluisset non esse utilia quia sunt flagitiosa et feda et
turpia

Restat quarta pars que decore moderatione modestia con
tinentia temperantia continetur. Potest igitur quicquam esse utile quod
sit huic talium virtutum choro contrarium. Atque ab aristipo cirenaici
atque annicerei philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt
virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam quod efficiens
esset voluptatis. Quibus absoletis floret epicurus eiusdem
fere adiutor autor que sententie. Cum his viris equisque ut dicitur
si honestatem tueri ac retinere sententia est decertandum est. Nam si
non modo utilitas sed vita omnis beata corporis firma constitutione
eiusque constitutionis spe explorata ut a metrodoro scriptum est

continet. Certe huic utilitas et quidem summa (sic enim censet) cum hone
state pugnabit. Nam ubi primum prudentie locus datur. An ut con
quirat undique suavitates quam miser virtutis famulatus servientis
voluptati. Quod autem munus prudentie. An legere intelligenter
voluptates. Fac nihil esse isto iocundius. quid cogitari potest turpius.
Iam qui dolor est summum malum dicat, apud eum quem locum habet
fortitudo. que est dolor laborum contemptio. Quamvis enim multis
locis dicat Epicurus sicut hic dicit satis fortiter de dolore
tamen id spectandum non est quid dicat sed quid consentaneum sit ei dicere
qui bona voluptate terminavit, mala dolore. Ut si illum audiam
de continentia et temperantia. dicit ille quidem multa multis locis
sed aqua heret ut aiunt. Nam qui potest temperantiam laudare is qui po
nat summum bonum in voluptate. est enim temperantia libidinum inimica
libidines autem consectatrices. Atque in his tribus generibus quoquo modo possunt
non incallide divisantur. Prudentiam introducunt scientiam suppe
ditantem voluptates expellentem dolores. Etiam temperantiam indu
cunt. non facillime illi quidem. sed tamen quoquo modo possunt. Dicunt
enim voluptatis magnitudinem doloris detractionem fieri. Iustitia
vacillat vel iacet potius. omnesque hee virtutes que in communitate
cernuntur et in societate generis humani. Neque enim bonitas nec liberalitas
nec comitas esse potest, non plus quam amicitia si hec non per se expetantur. sed
ad voluptatem utilitatemque referantur. Conferamus igitur in pauca. Nam ut utili
tatem nullam esse docuimus que honestati esset contraria. Sic omnem voluptatem dicimus ho
nestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem, et Dinoma
chum iudico qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum
honestate voluptatem tanquam cum homine pecudem copulavissent.
Non recipit istam coniunctionem honestas aspernatur repellit. Nec vero
finis bonorum et malorum, qui simplex esse debet ex dissimilibus
rebus misceri, et temperari potest. sed de hoc magna enim res est alio lo
co pluribus, nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea que vi
detur utilitas, honestati repugnat, diiudicanda res sit supra
satis est disputandum. Sin autem specie utilitatis etiam voluptas habere
dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. Nam ut tribuamus
aliquid voluptati, condimenti fortasse, non nihil utilitatis certe nihil
habebit. Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia, mag
num sed perinde erit, ut acceperis. Quamquam hi tres libri inter Cratippi
commentarios tanquam hospites erunt recipiendi. Sed ut si ipse
venissem Athenas, quod quidem esset factum, nisi me e medio cursu
clara voce patria revocasset, aliquando me audires sic quoniam in
his voluminibus perfecta ad te vox est mea, tribues hiis temporibus
quantum poteris. poteris autem quantum voles. Cum vero intellexero te hac
scientia gaudere, tum et presens tecum propediem, ut spero et dum

aberis absens loquar Vale igitur mi Cicero tibique persuade esse te quidem michi carissimum, sed multo cariorem si talibus monimentis preceptisque letabere

Marci Tulii Ciceronis de officiis liber tercius feliciter explicit Mantissimo (?) gratias Anno domini Millesimo quadringentesimo ·1A·

Versus xii sapientum scilicet Basilii · Asmenii · Ilomani · Eusorbii · Iuliani · Hylarii · Paladii · Asclemadis · Eusenii · Pompeliani · Maximini · et Vitalis · positi in Epitaphio Marci Tul. Ciceronis

basilii Hic iacet arpinas manibus tumulatus amici
Qui fuit orator summus et eximius
Quem nece crudeli mactavit civis et hostis
Nil agis Anthoni scripta diserta manent
Vulnere nempe tuo Ciceronem confitetur ad te
Tullius ceteris vulneribus lacerat

Asmenii Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum
Contegitur claro qui fuit ingenio
Cuius malis gravius hostis erat tutor et honor
Quo pene indigna consule roma fuit
Sed vigili cura decernens hostibus urbem
Supplicio et dato prestitit incolumem

Ilomani Romanis orator lumenque decusque senatus
Servator patrie conditor eloquii
Cuius ab ingenio tandem illustrata per orbem
Lumine preclaro lingua latina niget
Occidit indigne manibus laceratus iniquis
Tullius ac tumulo subditus exiguo est

Eusorbii Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras
Aspice quo iaceat conditus ille loco
Ille vir orator vir consul maximus idem
Clarus erat fama clarior eloquio
At ne quid fortuna viro nocuisse putetur
Vivit et eternum docta per ora volat

Iuliani Marcus erat tanto tam notissimus orbe
Cuius reliquias condidit urna brevis
Dextera me prius iniqui tulit ademit
Eripui patriam qui prius eius
Si quis in hoc saxo tulli legis advena nomen
Non dedigneris dicere Marce vale

hilasii Tullius arpinas Ciceronis natus equestri

Sed virtute sua consul in urbe fuit
Quem Catelina malus iuratique nocentes
Senserunt ingilez civibus esse suis
Hunc tamen opietas / tres occide tirannum
At lacrima ille pio suppositus tumulo

Paladius Quem tenet eloquii facundia summa latini
Quem consul patriam cedibus eripuit
Quem quod trium seno vitam dedit esse virorum
Tullius est . et in hac ipse sepultus humo
Sed brevitas vite pensatur laude perenni
Quod mors eripuit gloria restituit


Asclemadis Tullius hic situs est . venia^le non certo
Clarus honore simul clarus et ingenio
Quem scelerata necem crudelis arma dederunt
Quod patrie iudex ille fidelis erat
Sed nil infanda proficit cede tirannus
Ingenium vivit corpus inane perit

Eustenius Romani princeps eloquii decus ordinis ampli
Maximus orator civis et egregius
Coniuratorum vindex hostis quod malorum
Proscriptus periit civibus ille viris
Quem cuique sunt qui detrunctatum acerbe
Hoc lacrime debet qui iacet in tumulo

Pompelianus Doctrine antistes verum / mirabilis autor
Tullius existens nobilis ex humili
Cui dedit excelsum ars oratoria nomen
Virtute ingenii venit in astra suum
Sed fortuna nocens infando funere raptum
Corripuit et hoc voluit membra iacere solo

Maximini Eloquio princeps magis memorabilis unus
Sed terras omnes implevit munere claro
Tullius indigne cede peremptus obit
Ingenium tecum corpore morte caret
Vivit enim ingenio pollet tamen laude per orbem
Cuius hoc tumulo membra sepulta iacet

Vitalis Inclitus hic Cicero lacrime pietate sepultus
Quem fortuna necem tradidit inmeritum
Maximus ingenio civis bonus orbis amator
Pernicies quod mali perfugium quod bonis
Cum sexaginta completis et tribus annis
Servitio pressam destituit patriam



M. Tullij de senectute:

al' atice — al' adiuuo — al' ro. — cura

O Tite si quid ego adiuto. curam ue leuasso. que nunc
te coquit. et versatur in pectore fixa. Et qua depre
meris. en quid erit premii. Licet enim michi versibus
hisdem affari te Attice quibus affabatur flamineum
ille vir (omnis). haud magna cum re. sed plenus fidei. Quamquam
certe scio non ut flamineum sollicitari te sic noctesque ottte
diesque. Novi enim moderationem animi tui. et equitatem. te
que non cognomen solum athenis deportasse. sed humanitatem et pru-
dentiam intelligo. Sed tamen suspicor hisdem rebus te. quibus
me ipsum interdum gravius commoveri. quarum consolatio et ma
tempus ior est. et in aliud differenda. Nunc autem michi visum est de
senectute ad te aliquid conscribere. Hoc enim onere quod michi
commune tecum est aut iam urgentis aut certe adventantis sene
ctutis. et te et me ipsum levari volo. Et si te quidem id modice
ac sapienter. sicut omnia et ferre et laturum esse certo scio. Sed
michi cum de senectute vellem aliquid scribere. tu occurrebas dignus
eo munere. quo uterque nostrum communiter uteretur. Michi quidem
ita iocunda huius libri confectio fuit. ut non modo absterserit
omnes senectutis molestias. sed effecerit mollem etiam et iocundam
Nunquid senectutem. Numquam igitur satis digne philosophia laudari poterit
cui qui pareat omne tempus etatis sine molestia possit degere.
Sed de ceteris et diximus multa et dicemus. hunc librum ad te
de senectute misimus. Omnem autem sermonem tribuimus non
Thitono ut aristoteus. ne parum esset autoritatis in fabula. sed al' aristeus
marco Marco Catoni seni quo maiorem autoritatem haberet oratio. apud al aristotiles
quem Lelium et Scipionem facimus admirantes. quod is tam fa
cile senectutem ferat. hisque respondentem. qui si eruditius videbitur
disputare quam consuevit ipse in suis libris. tribuito literis grecis.
quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute Sed quid plura. opus est
iam enim ipsius catonis sermo explicabit nostram omnem de se
nectute sententiam

Scipio

Sepenumero admirari soleo. cum hoc celio lelio. cum ceterarum gaio
rerum tuam excellentiam (tem). Marce Cato. perfectamque sapientiam
tum vel maxime quod numquam senectutem tibi gravem esse
senserim. que plerisque senibus sic odiosa est ut onus se ethna
gravius dicant sustinere. Catho. Rem haud sane scipio et oleli
difficilem admirari videmini Quibus enim nichil est opis in ipsis ad
bene beateque vivendum his gravis est omnis etas. Qui autem
omnia bona a se ipsis petunt. his non potest malum videri quod
nature necessitas afferat. Quo in genere est in primis senectus. quam ut
adipiscantur omnes optant. eandem accusant adeptam. tanta est
obrepere inconstantia stultitia atque perversitas. Obripere aiunt eam citius

q̄ putauissent. Primum quis coegit eos quod falsum est putare.
al' ex Qui enim citius adolescencie senectus q̄ pueritie adolescencia ob
repit. deinde q minus grauis ~~f~~ esset his senectus. si octingē
tissimum annum agerent q̄ octuagesimum. preterita enim etas
q̄uis longa effluxisset nulla consolacione permulcere posset stul
tam senectutem. Quo circa si sapienciam meam admirari soletis
que utinam digna esset opinione uestra. nostro q̄ cognomīe
in hoc sumus sapientes. q naām optimam ducem tanq̄ deum
sequimur. ei q̄ paremus. a qua non verisimile est. cum cetere
partes etatis bene descripte sint extremum actum tanq̄ ab inerti
poeta esse neglectum. Sed tamen necesse fuit esse aliquod ex
tremum. tanq̄ in arborum bacis terre q̄ frugibus maturitate
tempestiua quasi uietum et caducum. qd' ferendum est mol
liter sapienti Quid est enim aliud gigantum more bellare
cum diis nisi nature repugnare. Lelius. atq̄ Cato gratissi
mum nobis ut etiam pro Scipione pollicear. feceris. si. q̄m ut
speramus. uolumus certe senes fieri. multo a te ante didicerimus
quibus facillime rōnibus ingrauescentem etatem ferre possimus
C. faciam vero o leli. presertim. si utriq̄ vestrum gratum ut
dicis futurum est. Sci. L. Volumus sane nisi molestum est
Cato tanquam aliquam longam viam confeceris qua nobis q̄
ingrediendum sit. C faciam ut potero o leli. Sepe enim int̄
fui querelis equalium meorum. Pares autem cum paribus ve
teri prouerbio facillime congregantur. quas C. salinator. quas
spurius Sp. albinus homīes consulares. vestri fere equales deplorare solebāt.
tum q̄ voluptatibus carerent. sine quibus vitam nullam putarent
tum q sperneretur ab his. a quibus essent coli soliti. qui michi non
id uidebantur accusare qd' esset accusandum. Nam si id culpa
senectutis accideret eadem michi usu euenirent. reliquis q̄ omnibus
maioribus natu. quorum ego multorum cognoui senectutem sine
al' querela qui se etiam libidinum vinculis laxatos esse non moleste
labor et ferrent. nec a suis despicerentur. Sed omnium istiusmodi querelarum
in moribus est culpa non in etate Moderati enim et non difficiles
nec senes inhumani tollerabilem senectutem agunt. Importunitas at
et inhumanitas omni etati molesta est; L. est ut dicis Cato sed
fortassis dixerit quispiam tibi ppr opes et copias et dignitatem tuam
tollerabilem senectutem videri. Id autem non posset multis contingē;
C. est illud quidem leli aliquid sed nequaq̄ in isto sunt omnia
ut Themistodes fertur. Seriphio cuidam in iurgio respondisse. cum
Seripha ē ciuitas modica vel insula iuxta athenas — ille dixisset non cum sua sed patrie gloria splendorem assecutum
Nec hercle inquit. Si ego seriphius essem ignobilis nec tu si athe
niensis esses clarus unq̄ fuisses Quod eodemmodo de senectute

dici potest. Nec in summa inopia. levis esse senectus potest. Nec sapi
enti quidem. nec insipienti etiam in summa copia non gravis. Ap
tissima omnino sunt Scipio et Leli arma senectutis. artes exerci
tationes que virtutum. que in omni etate beneculte cum diu multum
que vixeris mirifitos efferunt fructus. non solum quia numquam dese
runt. nec extremo quidem tempore etatis. quamquam id quidem ma
ximum est. Verum etiam quia consciencia bene acte vite. multorum
que benefactorum recordatio iocundissima est. Ego quidem et
maximum cum qui tarentum recepit. adolescens ita que dilexi se
nem ut equalem. Erat enim in illo viro comitate condita
gravitas. Nec senectus mores mutaverat. quamquam eum colere ce
pi non admodum grandem natu. sed tamen tantum iam etate pro
vectum. Anno enim post. consul primum fuerat quam ego natus
sum. Cumque eo quarto consule. adolescentulus miles ad capuam
profectus sum. Quinto que anno post. tharentum ~~pretor~~ questor.
Deinde edil. Quadriennium post. factus sum pretor. quem ma
gistratum gessi consulibus. Tuditano dictano et Cethego. Cum
quidem ille admodum senex suasor legis cincie de donis et mu
neribus fuit. Hic et bella gerebat ut adolescens. cum plane
grandis esset. et Anibalem iuveniliter exultantem paciencia
sua molliebat. De quo preclare familiaris noster Ennius ait.
Unus qui nobis cunctando restituit rem. Non enim rumores
ante salutem ponebat. Ergo post que magis que viri nunc gloria
claret. Tharentum vero qua vigilantia quo consilio recepit.
Cum quidem me audiente Salinatori qui amisso opido fugerat
in arcem glorianti atque ita dicenti. mea opera Quinte Fabi taren
tum recepisti. certe inquit ridens. Nam nisi tu amisisses.
numquam recepissem. Nec vero in armis prestantior quam in
toga. qui consul iterum Sp. Carvilio collega quiescente G.
flaminco tribuno ple. quo ad potuit restitit. agrum picenum
et gallicum per viros viritim contra senatus auctoritatem dividenti
augur al' cumque cum esset. dicere ausus. optimis auspitiis ea geri
que pro rei p. salute gererentur. que contra rem p. ferrentur. contra
auspicia ferri. Multa in eo viro preclara cognovi. Sed nichil
est admirabilius quam quomodo ille mortem marci filii tulit. cla
ri viri et consularis. est in manibus laudatio. quam cum
legimus. quem philosophum non contemnimus. Nec vero ille in luce
modo atque in oculis civium magnus. sed intus domique prestan
cior erat. Qui sermo. que precepta quanta noticia antiquitatis. scientia
iuris augurii si erat in eo. multe etiam ut in homine romano litere. Omnia
memoria tenebat. non domestica solum. sed etiam externa bella
Cuius sermone ita cupide fruebar. tunc quasi divinarem id evenit

al' homines

dulcedine morum et affabilitate

al' ego magis magisque viri

maxime

al' Carvilio

al' sustinuit

que

erat in eo

post illo extincto fore unde discerem neminem. Quorsus igitur
hec tam multa de maximo. quia profecto videtis esse nefas
dictu: miseram fuisse talem senectutem. Nec tamen omnes possunt esse
Scipiones aut Maximi. ut urbium expugnationes. ut pedestres
navales ve pugnas. ut bella a se gesta. ut triumphos recordentur.
Est enim quiete ac pure atque eleganter acte etatis. placida ac
lenis senectus. qualem accepimus platonis senectam. qui uno
et octuagesimo anno scribens. est mortuus. Qualem socratis
al' pamathenticus — qui eum librum qui pathancticus inscribitur. quarto et nona-
gesimo anno scripsisse dicitur. vixitque quinquennium postea.
Cuius magister Leontinus Gorgias. centum et septem complevit
annos. Neque unquam in suo studio atque opere cessavit. qui cum
ex eo quereretur. cur tam diu vellet esse in vita. nichil habeo
inquit quod accusem senectutem; preclarum responsum et do-
cto homine dignum. Sua enim vitia insipientes et suam cul-
pam in senectutem conferunt. Quod non faciebat is cuius modo
mentionem fecimus. Ennius. sicuti fortis equus ~~[illegible]~~ spatio
qui sepe supremo vicit olimpia. nunc senio confectus quiescit.
Equi fortis et victoris senectuti comparat suam. Cuius quidem
al' uno addito vicesimo — probe meminisse potestis. Anno enim undecimo post mortem
eius hi consules. Titus flamineus. M. Attilius facti sunt.
Ille autem Scipione et philippo iterum consule est mortuus.
Cum ego quinque et sexaginta annos natus legem voconiam
voce magna et bonis lateribus suasissem. Annos septuaginta
natus tot enim vixit Ennius | ta ferebat duo que ma-
xima putantur onera paupertatem et senectutem: ut eis pe-
ne delectari videretur. Et enim cum complector animo quattuor
Quattuor causis ordinatur in quibus omnis disputatio de senectute consummitur — reperio causas. cur senectus misera videatur. unam quod avocet — al' revocet
senes — a rebus gerendis. Alteram quod corpus faciat infirmius. Terciam
quod privet omnibus fere voluptatibus. Quartam quod haud procul
absit a morte. Earum si placet causarum quanta quamque
iusta sit unaquaque videmus. A rebus gerendis ~~[illegible]~~ sene-
ctus abstrahit. Quibus. An ab hiis que iuventute geruntur
et viribus. Nulle ne igitur res sunt seniles que licet infir- — ne
mis corporibus animo tamen administrentur. Nihil ergo
agebat Quintus Maximus. nihil L paulus pater tuus socer
optimi viri filii mei. Ceteri senes fabricii Curii Corunca-
nii cum rem publicam consilio et auctoritate defendebant nichil
accedebat quod etiam ut cecus esset. [illegible] — agebant. Ad appii claudii senectutem accedebat esset ut et
cecus. tamen is cum sententia senatus inclinaret ad pacem
cum pirro fedus que faciendum non dubitavit dicere illa
que versibus persecutus est ennius. Quo vobis mentes que recte stare solebant

Ante hac · dementi sese flexere via. Cetera q͡z gravissime. No
enim vobis carmen est · et tn̄ ipsius appii extat oratio · Atq͡z
hec ille egit septem et decem annos post alterum consulatum:
cum inter duos consulatus anni decem fuissent. censor q͡z an̄
consulatum superiorem fuisset. Ex quo intelligitur pirrhi bello
grandem sane esse fuisse etate. Et tamen sic a patribus
accepimus Nichil igitur afferunt qui in re gerenda versari
senectutem negant Similes q͡z sunt iis. si qui gubernatorem
in navigando nihil agere dicant. Cum alii malos scandāt
alii per foros cursent · alii sentinam exhauriant; ille autem
clavum tenens quietus in puppi sedeat. non faciat ea que iuve
nes · At vero multo maiora et meliora faciat · Non viribus
aut velocitatibus. aut celeritate corporis res magne geruntur
Sed cum consilio. auctoritate. rebus quibus non modo orbari
sed etiam augeri senectus solet Nisi forte ego vobis qui
etiam miles et tirus et legatus et consul versatus sum in
vario genere bellorum. cessare nunc videor · cum bella non gero
At senatui que sint gerenda prescribo Et quomodo carthagini
male iam diu cogitanti bellum inferatur. multo ante denuntio.
de qua vereri. non ante desinam q͡o illam excisam esse cognovero;
quam palmam utinam dii immortales Scipio tibi reservent: ut
avi tui reliquias persequere. cuius a morte hic tertius et trige
simus annus est Sed memoriam illius viri excipiant omnes anni
consequentes Anno ante me censorem mortuus est · novem
annis post meum consulatum: cum simul consul iterum me
consule creatus esset. Num igitur si ad centesimum annum
vixisset · senectutis sue eum non peniteret. Nec enim excur
sione non saltu nec eminus hastis. aut cominus gladiis
uteretur sed consilio · ratione · sententia: que nisi essent in se
nibus non summum consiliū maiores nostri appellassent senatū
Apud lacedemonios quidem hi qui amplissimum magistra
tum gerunt ut sunt · sic et nominantur senes Quod si legere aut
audire voletis externas et maximas res publicas · ab adolescentibus
labefactas. a senibus restitutas et substentatas reperietis Cedo
qui vestram rem publicam tantam amisistis tam cito. Sic enim per
cunctantur ut est in nevii poete libro. respondentur et
alia · et hec in primis Proveniebant oratores novi stulti
adolescentuli, temeritas est videlicet florentis etatis et Pruden
tia senescentis. At memoria minuitur · Credo nisi
eam exerceas aut etiam si sis natura tardior. Themistocles om
nium civium nomina preceperat Num igitur censetis eum cum
etate processisset qui a loco aristides esset Lisimacum salutare

solitum. Equidem non modo eos novi qui sunt, sed eorum
patres etiam proauos. Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, — auos
memoriam perdam His enim ipsis legendis in memoriam redeo
mortuorum. Nec vero quenquam senum audivi oblitum quo loco
tesaurum posuisset. Omnia que curant meminerunt. Va: — al' obruisset
dimonia. constituta et quid sibi et cui ipsi debeant. quid iuris consulti
quidem pontifices quidem augures. quid phi senes. qui multa
meminerunt. Manent ingenia senibus, modo permaneat
studium et industria Neque ea solum in claris et ornatis vi — al' honoratis
ris, sed in vita etiam privata et quieta. Sophocles ad sum
mam senectutem tragedias fecit. qui propter studium cum rem
negligere familiarem videretur a filiis in iudicium voca
tus est. ut quemadmodum nostro more, male rem gere
ntibus patribus bonis interdici solent, sic illum quasi desipi
entem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur
eam fabulam quam in manibus hebat et proxime scripse
rat Oedippum coloneum recitasse iudicibus. quesisse que
Num illud carmen desipientis videretur Quo recitato
sententiis iudicum est liberatus Num igitur hunc. num
exiodum simonidem? Stesicorum? Num eos quos ante — esiodum
dixi Gorgiam. socratem. num homerum, num philosopho
rum principem pithagoram? democritum? num platonem?
num socratem? num postea zenonem cleantem? aut eum — xenocrtem
quem vos etiam vidistis rome diogenem stoicum coegit
in suis studiis obmutescere senectus. An non in omnibus his
studiorum agitatio equalis fuit. Age. ut ista studia divina
obmittamus? possum nominare ex agro sabino rusticos roma
nos vicinos et familiares meos. quibus absentibus nunquam fere
ulla maiora opera in agro fiunt. non deserendis non perci
piendis non contundendis fructibus. quanquam in aliis minus — condendis
hoc mirum sit. Nemo enim est tam senex qui se annum
non putat posse vivere Sed idem in his elaborant. que
sciunt nihil omnino ad se pertinere: serunt arbores que alteri
seculo prosint. ut ait STATILIVS noster in sinephebis Nec vero — ceciliis statius
dubitat agricola quamvis senex querenti cui serat respon
dere. Diis immortalibus Qui me non hoc modo a maiori
bus accipere voluerunt, sed etiam prodesse posteris. Melius
Cecilius dixit de sene alteri seculo prospiciente quam illud
idem edepol senectus si nihil quicquam aliud vitii apportet secum
cum advenit, unum id sat. quod diu vivendo multa quidem
que non vult videt. C. Et multa fortasse que non vult conspi
cit. atque in ea que non vult sepe etiam adolescentia incurrit.

Illud vero idem. Cecilius viciosius dixit Tum equidem in senecta
hoc deputo miserrimum sentire ea etate esse odiosum se
alteri. C Iocundum potius quam odiosum est Ut enim adolescen
tibus bona indole preditis sapientes senes delectantur. Levi
or que fit senectus eorum qui a iuventute coluntur et diliguntur b
Sic adolescentes senum preceptis gaudent. quibus ad virtu
tum studia ducuntur Nec minus intelligo me vobis quam
vos michi esse iocundos. Sed videtis ut senectus non modo
languida atque iners non sit. verum etiam sit operosa et
semper agens aliquid. et moliens tale. scilicet quale cuiusque stu
dium in superiore vita fuit. Quid dicam senes qui etiam
addiscunt aliquid. ut Solonem versibus gloriantem vidimus
qui se quottidie aliquid addiscentem dicit senem fieri. Ut ego
feci qui litteras ~~grecas~~ grecas senex didici. quas quidem sic
avide arripui. quasi diuturnam sitim explere cupiens. ut ea
ipsa michi nota essent. quibus nunc me exemplis esse vide iuri
tis Quod cum fecisse: Socratem in fidibus audirem. Vellem
quidem illud etiam. Discebant enim fidibus antiqui sed in
litteris certe elaboravi. Nec nunc quidem vires adolescentis desidero Questio 2a hic determinatur dicebat quod reddit corpus infirmum
Is enim erat locus alter de viciis senectutis. non plus quam ado
lescens tauri vires aut elephantis desiderabam Quod est eo
decet uti. et quicquid agas age pro viribus. Que enim vox potest
esse contemptior quam Milonis Crotoniate. qui cum iam senex esset
athletas que se exercentes in curriculo videret. aspexisse lacertos
suos dicitur. illacrimans que dixisse. At hi quidem mortui sunt quod iam
Non vero tam isti quam tu ipse nugator Neque enim ex te
umquam es nobilitatus. sed ex lateribus et lacertis tuis. Nihil
Sextus Emilius tale. Nihil multis annis ante Titus Coruncanius
Nihil modo P. Crassus. a quibus iura civibus perscribebantur
quorum usque ad extremum spiritum provecta est prudentia. Le
lius Orator metuo ne languescat senectute. Est enim mu
nus eius non ingenii solum. sed laterum et virium. Cato
Omnino canorum illud in voce splendescit. etiam nescio quo
pacto in senectute. quod quidem adhuc non amisi et videtis
annos meos. Sed tamen est decorus senis sermo. quietus et remis
sus. facit que ~~persepe~~ persepe ipsa sibi audientiam diserti senis compo
sita et mitis oratio. quam si ipse exequi ~~non va~~ nequeas. pos
sis tamen Scipioni et Lelio precipere. Quid est enim iocun
dius senectute stipata studiis iuventutis. An ne has quidem
vires senectutis relinquamus. ut adolescentes doceat. instituat.
ad omne officii munus instruat. Quo quidem opere quid potest
esse preclarius. Michi vero Gneus et P. Scipiones. et avi tui duo

gneis

lucius

L Emilius et p. affricanus comitatu nobilium iuuenum fortu
nati viderentur (bantur) Nec ulli bonarum artium magistri non beati
sunt putandi. quamuis consenuerint vires atque defecerint. Et
si ista ipsa defectio virium adolescentie vitiis efficitur sepius
quam senectutis. libidinosa enim & intemperans adolescentia effetum
corpus senectuti tradit. Cirus quidem apud Xenophontem
eo sermone quem moriens habuit. cum ad modum senex
esset Negat se umquam sensisse senectutem suam imbecilliorem
factam. quam adolescentia fuisset. Ego L metellum memini
puer. qui cum quadriennio post alterum consulatum ponti
fex maximus esset factus. viginti duos annos ei sacerdotio
prefuit. Ita bonis esset viribus extremo tempore etatis ut
adolescentiam non requireret. Nichil necesse est de me ipso
michi dicere. quamquam est id senile quidem. etati que nostre con
ceditur. Videtis ne ut apud homerum sepissime nestor de
virtutibus suis predicet. Terciam enim iam etatem hominum
vivebat. nec erat ei verendum. ne natura predicans de se
nimis videretur aut insolens. aut loquax. Et enim ut ait
homerus. ex eius lingua dulcior melle fluebat oratio. quam
ad sanitatem (suauitatem) nullis egebat corporis viribus. et tamen dux ille
grecie numquam optabat ut aiacis similes haberet decem. sed
sex nestoris. Quod si sibi acciderit. non dubitat quin breui
sit troia peritura. Sed redeo ad me. Quartum ago annum
et octogesimum. Vellem equidem idem posse gloriari quod Cirus
Sed tamen hoc queo dicere non me me quidem his esse viribus
quibus aut miles bello punico. aut questor eodem bello. aut
consul in hispania fuerim. aut quadriennio post cum tribunus mi
litaris depugnaui apud thermophilas. M attilio Glabrione
consule. Sed tamen ut vos videtis non plane me enervauit
non afflixit senectus. non curia vires meas desiderat. non rostra
non amici. non clientes. non hospites Nec enim umquam sum assen
sus illi veteri laudato que prouerbio. quod monet te matu
re fieri senem. si diu velis esse senex. Ego vero me minus
diu senem esse mallem. quam esse senem ante quam essem Itaque
nemo adhuc conuenire me maluit cominus fuerim occu
patus At minus habeo virium quam vestrum utris Nec
vos quidem T ponci Centurionis vires habetis. Num idcirco
est ille prestancior. Moderatio modo virium adsit. et tamen
quantum potest quisque nitatur. nec ille quidem magno de
siderio tenebitur usus virium. olimpie per stadium ingre
ssus esse milo dicitur Utrum humeris sustineret bouem
uiuum. Utrum igitur has corporis an pithagore tibi malis vires ingenii

Margin notes: appetit conuenientiam; ut; uoluit; quin; uero; al' citatur; tatis; desit; gero; nisi; al' olimpie d'ce

clari. Denique isto bono utare, cum adsit gaudeas, cum absit
ne requiras. nisi forte adolescentes pueritiam paululum eta
te progressi adolescentiam debent requirere. Cursus est certus
etatis, et una via nature, et eaque simplex, suaque cuique al' et ut
etatis parti tempestivitas est data. Ut enim infirmitas puerorum
et ferocitas iuvenum, et gravitas iam constantis etatis, sic se
nectutis maturitas naturale quoddam habet quod suo tempore
percipi debeat. Audire te arbitror, Scipio, hospes tuus Mas habitus
sinissa que faciat hodie nonaginta (decem et centum) natus annos. Cum
ingressus iter pedibus sit, in equum omnino non ascende
aut sit i re, cum equo ex equo non descendere. nullo imbre nullo frigore
adduci ut capite operto sit. summam esse in eo corporis sicc al' siccitate
itatem. Itaque omnia exequi regis officia et munera. Potest
igitur exercitatio et temperantia etiam in senectute conser
vare aliquid pristini roboris. Non sunt in senectute vires al' desunt
nec postulantur quidem vires a senectute. Ergo et legibus
et institutis vacat etas nostra, muneribus his que possunt
sine viribus sustineri. Itaque non modo quod non possumus, sed
nec quantum quidem possumus cogimur. At multi ita sunt im
becilli senes, ut nullum officii aut omnino vite munus ex
equi possint. At id quidem non proprium senectutis vitium
est, sed commune valitudinis. Quam fuit imbecillus P. Affricani
filius, is qui te adoptavit, quam tenui aut nulla potius vali
nisi tudine. Qui ni ita fuisset, alterum illud extitisset lumen
civitatis. Ad paternam enim magnitudinem animi doctrina
uberior accesserat. Quid mirum igitur in senibus, cuius de si infirmi sint aliqui vide post quod habet ... signum
laudibus omnium esset fama consentiens. Quem virum
nuper P. Crassum pontificem maximum, quem postea M.
Lepidum eodem sacerdotio preditum vidimus. Quid de Pau
lo aut Affricano loquar, aut ut iam ante de Maximo, quo
rum non in sententia solum, sed in nutu residebat auctoritas.
Habet senectus honorata presertim tantam auctoritatem
ut ea pluris sit quam omnes adolescentie voluptates. Sed
in omni oratione mementote me eam senectutem laudare
que fundamentis adolescentie constituta est sit. Ex qua
efficitur id quod ego magno quondam cum assensu omnium
dixi miseram esse senectutem que se oratione defenderet.
Non cani nec ruge repente auctoritatem arripere possunt, sed
honeste acta superior etas fructus capit auctoritatis extremos.
Hec enim ipsa honorabilia sunt que videntur levia atque commu
nia. salutari, appeti, discedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.
que et apud nos et in aliis civitatibus, ut queque optime morate

sunt ita diligentissime observantur Lisandrum Lacedemonium cuius
modo feci mentionem dicere aiunt solitum Lacedemonie esse hone
stissimum domicilium senectutis Nusq̄ enim tantum tribuitur
etati · nusq̄ est senectus honoratior · Quin etiam memorie prodi
tum est / cum athenis in ludum quidam in theatrum grandis natu
venisset magno consessu locum ei nusq̄ datum a suis civibus Cū
autem ad Lacedemonios accessisset / qui legati cum essent certo
in loco consederant / consurrexisse omnes illi dicuntur & senē
sessum recepisse Quibus cum a cuncto consensu plausus esset multi
plex datus / dixisse ex his quendam athenienses scire que recta essēt
sed facere nolle Multa in nostro collegio preclara / sed hoc de quo agi
mus in primis · q̄ ut quisq; etate antecedit ita sententie prin
cipatum tenet · Neq; solum honore antecedentibus sed his qui
cum imperio sunt maiores natu augures anteponuntur Que
sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis premiis comparande
Quibus qui splendide usi sunt hi mihi videntur fabulam eta
tis peregisse · nec tanq̄ inexercitati histriones in extremo actu
corruisse At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles se
nes / si querimus & avari Sed hec morum vitia sunt nō senectu
tis · At morositas tamen ut ea vitia que dixi hn̄t aliquid ex
cusationis / non illius quidem iuste · sed que probari posse vide
antur · contemnisse putant · despici · illudi · preterea in fragili
corpore odiosa omnis offensio est Que tn̄ omnia dulciora fiūt
& moribus & bonis artibus / sed q; cum ivitatum in scena
intelligi potest Ex his fratribus qui in adelphis sunt quanta
in altero diritas / in altero comitas · Sic se res habet Ut enī
non omne vinum / sic non omnis natura vetustate coacescit
Severitatem senectute probo · et eam · sic alias modicam · acer
bitatem nullo modo Avaritia vero senilis quid sibi velit nō
intelligo potest enim quisquam esse absurdius quam quo minus
vie restet eo plus viatici querere Quarta restat causa que
maxime angere atq; sollicitare nostram senectutem videatur
Appropinquatio mortis / que certe a senectute longe abesse non
potest · O miserum senem qui morte contemnendā vitam
longa etate non viderit · que aut plane negligenda est · si
omnino extinguit animum aut preoptanda si aliquo eum dedu
cit ubi sit futurus eternus Atq; tertium certe nihil inveni
ri potest Quid igitur timeam / si aut non miser post mortem
aut beatus etiam futurus sum · Quanq̄ quis est tam stultus
quamvis sit adolescens / cui sit exploratum se ad vesperum esse
victurum · Quin etiam etas illa multo plures q̄ nr̄a mortis casus
hr̄ · facilius in morbos incidūt adolescētes / gravius q; egrotant tristiq;

curantur Itaq̃ perpauci veniunt ad senectutem qd' ni ita accideret
melius & prudentius uiueretur Mens enim & ratio & consi
lium in senibus est Qui si nulli fuissent nulle omnino ciuitates
fuissent Sed redeo ad mortem impendentem · quod est illud
crimen senectutis Cum id videatis · cum adolescentia esse co
mune Sensi ego tum in optimo filio meo · tum in expectatis ad
amplissimam gl'ie dignitatem fratribus tuis · Scipio · mortem oi
etate esse commune At sperat adolescens diu se uicturum · quod
sperare idem senex non potest Insipienter sperat Quid est enim
stultius quam incerta pro certis habere · falsa pro veris · Senex
neq̃ quod speret quidem habet At est eo meliore condicione
quam adolescens · Cum id quod ille sperat consecutus est Ille wlt
diu viu'e Hic diu vixit Quamq̃ o dii boni quid est in homis
vita diu · Da enim supremum tempus · expectemus tartesiorum
regis etatem · fuit enim ut scriptum video Argantonius qdam
grandeuus q octoginta regnauit annos · centum viginti vixit
Sed mihi ne diuturnum quidem quicq̃ videtur in quo est ali
quid extremum Cum enim id extremum advenit · tum illud
quod preterit effluxit Tantum manet quod uirtute et recte fa
ctis consecutus sit Hore quidem cedunt et dies et menses
et anni nec preteritum tempus numq̃ reuertitur nec quid
sequatur sciri pt Quid igitur cuiq̃ temporis ad uiuendum datur
eo debet esse contentus Neq̃ enim histrioni ut placeat pa
genda fabula est · Modo quodcunq̃ fuerit actu probetur
ne sapienti usq̃ plaudite ueniendum · breue enim tempus
etatis satis longum est ad bene honesteq̃ uiuendum Sin
processeris longius non magis dolendum est quam agricole do
lent · preterita verni temporis suauitate · estatem autumnumq̃
venisse · Ver autem tamq̃ adolescentiam significat · ostendit
q̃ fructus futuros Reliqua autem tempora de metendis fructi
bus et percipiendis accomodata sunt Fructus autem senectutis
est ut sepe dixi ante partorum bonorum memoria et copia Oia
vero que secundum naturam fiunt sunt habenda in bonis
Quid est autem tam secundum naturam q̃ senibus emori ·
qd' idem contingit adolescentibus aduersante et repugnante
natura Itaq̃ adolescentes m mori sic videntur · ut cum
aque multitudine flamme vis opprimitur · Senes autem
sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis extin
guitur & & quasi poma ex arboribus cruda si sunt vi
auelluntur · si matura et cocta decidunt · sic vitam adolescen
tibus vis aufert · senibus maturitas Que quidem mihi tam
iocunda est · ut quo propius ad mortem accedam q̃i terram

videre videar: aliquando in portum ex longa navigatione esse ventu
rus. Senectutis autem nullus est certus terminus. Recte que in ea
vivitur. quo ad munus officii exequi & tueri possis & tamen
mortem contemnere. Ex quo fit ut animosior etiam senectus
sit quam adolescentia et fortior. hoc illud est quod phisistrato
tiranno a solone responsum est Cum illi querenti qua tan
dem spe fretus sibi tam audaciter obsisteret Respondit Se
nectute Sed vivendum est finis optimus, tum integra mente
ceteris que sensibus opus ipsa eadem suum que augumentavit
natura dissolvit. ut navem et edificium idem destruit. fa
cillime que construxit. sic hominem eadem optime que congluti
nantur natura dissolvit Iam omnis conglutinatio recens
egre inveterata facile divellitur Ita fit ut illud breve vi
te reliquum, nec avide appetendum senibus, nec sine cau
sa deserendum sit. Vetat que pithagoras iniussu imperatoris
id est dei presidio et statione vite decedere Solonis quidem sa
pientis elogium est. quo se negat velle suam mortem dolo
amicorum et lamentis vacare. vult credo se esse carum
suis Sed haud scio an melius Ennius. Nemo me lacrimis
decorat. neque funera fletu faxit Non censet aliquis lu
gendam esse mortem, quam immortalitas consequatur Iam
sensus moriendi si aliquis esse potest. usque ad exiguum tempus
presertim seni, post mortem quidem sensus aut optandus aut
nullus est Sed hoc meditatum ab adolescentia debet esse mor
tem, ut intelligamus Sine qua meditatione tranquillo animo
esse nemo potest. Moriendum enim certe est. et id incertum
an eo ipso die Mortem igitur omnibus horis impendentem
timens quis animo poterit consistere. De qua non ita longa dis
putatione opus esse videtur. cum recordarer non solum L.
brutum qui in liberanda patria est interfectus. non duos de
cios qui ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt.
Non solum M. attilium qui ad supplicium est profectus
ut fidem hosti datam conservaret Non duos scipiones qui iter
penis vel corporibus suis obstruere voluere. Non avum tuum
L paulum qui morte luit terrentii college sui in cannensi
ignominia temeratam. Non M. marcellum cuius interitum
ne crudelissimus quidem hostis honore sepulture carere pas
sus est. Sed legiones nostras quod scripsi in originibus in cu
lorum sepe esse profectas alacri animo et erecto. unde se numquam
redituras arbitrarentur. quod igitur adolescentes & hi quidem
non solum indocti sed etiam rustici contemnunt. id docti senes
extimescent. Omnino ut mihi quidem videtur rerum omnium societas

vite facit societatem Sunt pueritie certa studia Num igitur
ea desiderant adolescentes? Sunt et ineuntis adolescentie. Nunquam
ea constantiam requirit etas que media dicitur. Sunt etiam huius
etatis ne ea quidem requiruntur a senectute. Sunt extrema stu
dia quidem senectutis. Ergo ut superiorum etatum studia oc
cidunt sic occidunt etiam senectutis Quod cum evenit socie
tas vite tempus maturum mortis affert. Equidem non vi
deo cur quid ipse sentiam de morte non audeam vobis dicere
Quod eo melius cernere mihi videor quo ab ea propius absum
Ego vestros patres P Scipio tu quoque C leli viros clarissimos
michi que amicissimos vivere arbitror & eam quidem vitam
que est sola vita numeranda Nam dum sumus inclusi in
his compaginibus corporis munere quodam necessitatis & gravi
opere perfungimur Est enim animus ~~celest~~ celestis ex altissimo
domicilio depressus et quasi demersus ad terram in locum di
vine nature eternitati que contrarium Sed credo deos immor
tales sparsisse animos in corpora humana ut essent qui terras
intuerentur celestium ordinem contemplantes imitarentur eum
vite modo atque constantia Nec me solum ratio et disputatio
impulit ut ita crederem sed nobilitas in summorum philosophorum et
auctoritas. Audiebam pithagoram pithagoreos que incolas pene
nostros qui essent italici philosophi quondam nominati nunquam dubi
tasse quin ex universa mente divina delibatos animos habe
remus demonstrabantur mihi preterea que socrates supremo
vite die de immortalitate animorum disseruisset is qui esset omnium
sapientissimus oraculo appollinis iudicatus. Quid multa? sic
mihi persuasi sic sentio. cum tanta celeritas animorum sit
tanta memoria preteritorum. futurorum que prudentia. tot artes.
tante sententie. tot inventa. constat non posse eam naturam que
res contineat eis esse mortalitatem Tum que semper animus agi
tetur nec principium motus haberet quia ipse se moveat ne
finem quidem habiturum esse motus quia nunquam se ipse sit reli
cturus & cum simplex animi natura esset neque haberet quicquam in
se admixtum dispar sui atque dissimile non potest eum dividi quod
si non posset non posse interiri. Magno que esse argumento homines
scire pleri que antequam nati sint Quid iam pueri cum artes difficiles
discant ita celeriter res innumerabiles arripiant ut eas non tum
primum accipere videantur sed reminisci et recordari Hec plato
nis sunt fere Apud Zenophontem autem moriens cirus maior
hec dicit Nolite arbitrari o mihi carissimi filii me cum a vobis
discessero nusquam aut nullum fore Nec enim eram vobiscum animum meum
videbatis sed eum esse in hoc corpore ex his rebus quas gerebam intelligebatis

Eundem igitur esse credite etiam si nullum videbitis Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanent · si nihil eorum ipsorum animi efficerent / quo diutius memoriam sui tenerenius Mihi quidem numquam persuaderi potuit animos dum in corporibus essent mortalibus vivere dum exissent ex his emori Nec vero tum animum esse insipientem tum ex insipienti corpore evasisset Sed tum omni admixtione corporis liberatus purus et integer esse cepisset / tum esse sapientem atque etiam cum hominis natura morte dissolvitur ceterarum rerum perspicuum est quo queque descendant abeunt enim illuc omnia unde orta sunt Animus autem solus nec cum adest nec cum discedit apparet Jam vero videtis nihil esse morti tam simile quam somnum Atque dormientium animi maxime declarant divinitatem suam Multa enim cum remissi et liberi sunt futura prospiciunt Ex quo intelligitur quales futuri sint cum se plane corporis a vinculis relaxaverint Quare si hec ita sunt sic me colitote inquit ut deum Sin una est interiturus animus cum corpore vos tamen deos verentes qui hanc omnem pulcritudinem tuentur et regunt / memoriam nostri pie inviolateque servabitis Cirus quidem hec moriens · Nos si placet nostra videamus Nemo umquam mihi Scipio persuadebit / ut patrem tuum paulum aut duos avos pro affricanum aut affricani patrem / aut patruum / aut multosque prestantes viros · quos enumerare non est necesse tanta esse conatos que ad posteritatis memoriam pervenirent nisi animo cernerent posteritatem ad se pertinere An censes ut de me ipso aliquid more senum glorier susceptirum me tantos labores diurnos nocturnosque domi militieque fuisse si hisdem finibus gloriam meam quibus vitam essem terminaturus non ne melius multo fuisset ociosam etatem et quietam sine ullo aut labore aut contentione traducere · Sed nescio quomodo animus erigens se prosperitatem semper ita prospiciebat quasi cum excessisset e vita tum denique victurus esset Quod quidem ni ita se haberet · ut animi immortales essent haud optimi cuiusque animus maxime ad inmortalitatem gloriam niteretur Quid quod sapientissimus quisque equissimo animo moritur stultissimus iniquissimo · Non enim vobis videtur is animus qui plus cernat et longius videre se : ne ab hominibus eam vitiis videor vendicare Ego in hac rusticana vita M · Curius cum de samnitibus · de sabinis de pirrho triumphasset consumpsit extremum tempus etatis. Cuius quidem ego vitam contemplans / abest non longe a me admirari satis non possum vel hominis ipsius continentiam vel temporum disciplinam Marco curio ad focum sedenti magnum

: ad meliora prefati vide pagina 2a linea 6 vita tali signo ⊶

auri pondus sannites cum attulissent repudiati sunt. Non
enim aurum habere preclarum sibi videre dixit. sed his
qui haberent aurum imperare atque hoc ut vobis preciosū
malarum cogitationum munus referte. & mementote atte
me uinci atque pecunia corrumpi non posse. poterat ne tan-
tus animus non efficere iocundam senectutem. Sed nemo ad
agricolas, ne a me ipse recedam. In agris erant tum senato
res i. senes. Siquidem aranti L. Quintio Cincinato nunci
atum est eum dictatorem esse factum. cuius dictatoris ius
su, magistri equitum. C. Seruilius ahala Sp Melium
regnum appetentem occupatum interemit. a uilla in Senatū
accersebatur & Curius et ceteri senes. ex quo qui eos ar
cessebant uiatores nominati sunt Num igitur horum
senatus miserabilis fuit, qui se agricultione oblectabat. Mea
quidem sententia haud scio an nulla vita beatior esse
possit Neque enim solum officio q. hominum generi uniuer
so cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione
ut dixi et ~~sat~~ saturitate. copiosa que rerum omnium, que
ad uictum hominum ad cultum etiam deorum ptinent. Ut
qm̄ hec quidam desiderant in gratiam iam cum voluptate
redeam Semper enim boni assidui que domū referta cantel
laria vinaria mellaria olearia & penaria est uilla que
tota locuplex habundat porco, hedo, agno, gallina, lacte,
caseo melle, iam ortum ipsi agricole succidiam alteram
appellant. Conditiora facit hec supervacanei etiam ope
ris aucupium atque uenatio Quid de pratorum viridite
aut arborum ordinibus, aut uinearum oliuetarum ve spē
plura dicam. breui preditam Agro bene culto nihil pt̄
esse, nec vsu uberius, nec spē ornatius. ad quem fruen
dum non modo non retardat uerum etiam inuitat
atque oblectat senectus Vbi enim pōt illa etas eque calescere
uel apricatione melius, uel igni aut vicissim umbris aquis
ve refrigerari salubrius. Sibi igitur habeant arma sibi equos
sibi astas. sibi clauam et pilam, sibi nationes atque cursus.
nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et
tesseras Id ipsum utrum libebit. qm̄ sine his beata esse
senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophontis libri
sunt. quos legite queso studiose ut facitis. q. copiose ab
eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re
familiari. qui economicus inscribitur Atque ut intelliga
tis nihil ei tam regale videri q. studium agricolendi So
crates in eo libro loquitur cum Critulo Cirum minorem

persarum regem prestanti ingenio atque imperii gloria cum
lisander Lacedemonius vir summe virtutis venisset ad eum
Sardis, ei que dona a sociis attulisset: et ceteris in rebus
comem erga lisandrum atque humanum fuisse, et ei quen
dam consceptum agrum diligenter consitum ostendisset
Cum autem admiraretur ~~lisder~~ lisander & proceritates
arborum et directos in quincuncem ordines et humum
subactam atque puram, et suavitatem odorum qui affla
rentur e floribus tunc dixisse miranti se non modo di
ligentiam, sed etiam solertiam a quo essent illa dimensa
atque descripta Ei Cirum respondisse Atque ego ista omnia
sum dimensus. mei sunt ordines. mea descriptio Multe
etiam istarum arborum mea manu sunt sate Tum lisan
drum intuentem purpuram eius, et nitorem corporis
ornatum que persicum ~~multum~~ multo auro multis ge
mis dixisse Recte Cire te beatum ferunt, quoniam virtuti
tue fortuna coniuncta est Hac igitur frui fortuna
licet senibus. nec etas impedit, quominus et ceterarum
rerum et in primis agricolendi studia teneamus usque
ad ultimum tempus senectutis. M quidem Valerium
corvinum accepimus ad centesimum annum perduxisse
cum etiam pacta iam etate in agris, eos que coleret:
cuius inter primum et sextum consulatum sex et quadra
ginta anni interfuerant Ita quantum spatium etatis
maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt: tantum
erat cursus honorum fuit. Atque huius extrema etas
hoc beatior quam media, quod auctoritatis habeat plus la
boris minus. Apex senectutis est auctoritas Quanta
fuit in L. Cecilio Metello. Quanta in Atilio Calatino
in quem illud elogium unicum plurime consentiunt gentes
populi primarium fuisse virum. Notum est carmen in
cisum in sepulcro Iure igitur gravis. si infirmi sint
aliquando, Cum id nec adolescentes quidem effugere pos
sint: Resistendum Leli et Scipio senectuti est, eius que
vitia diligentia compensanda sunt. Pugnandum tamquam
contra morbum, sic contra senectutem adhibenda
ratio valitudinis. utendum exercitationibus modicis.
tantum cibi et potus adhibendum ut reficiantur vires
non ut opprimantur. Sed vero corpori soli subvenien
dum est, sed menti atque animo multo magis. Nam hec
quoque nisi tamquam lumini oleum instilles extinguuntur
in senectute Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingravescunt

δ:- fuit ille cuius de laudibus. vide [illegible] ▽

Nota

animi autem se exercendo levantur. Nam quos ait Ce
cilius comicus stultos senes hos significat credulos
obliviosos dissolutos. que vitia sunt non senectutis. sed in-
ertis ignave sompniculose senectutis. ut petulantia et li
bido magis est adolescentium quam senum. non tamen
omnium adolescentium sed non proborum. sic ista seni
al. lis bus stultitia que deliratio appellari solet. senum levium
est non omnium. Quatuor robustos filios. quinque filias
tantam domum. tantas clientelas Appius regebat et
cecus et senex. Intentum enim animum tanquam arcum
habebat. nec languescens succumbebat senectuti. Tene
bat non modo auctoritatem. sed etiam imperium in
suos. metuebant servi. verebantur filii. carum omnes — al. tenebant liberi
habebant. Vigebat in illa domo mos patrius et disci — al. id est in eo animus patrius
plina. Ita et senectus honesta est si se ipsa defendit.
si ius suum retinet. si nemini mancipata est. si usque — al. menti
ad ultimum spiritum dominatur in suos. Ut enim — al. conspecta providencia
adolescentem in quo est senile aliquid sic senem in quo
al. adolescentis — est aliquid senectutis probo. Quod qui sequetur corpe
senex esse poterit. animo nunquam erit. Septimus mihi
liber originum est in manibus. Omnia antiquitatis
monumenta colligo. Causarum illustrium quascumque
defendi nunc quam maxime conficio orationes. Ius augurum
pontificum civile tracto. multum etiam grecis literis
utor. Pithagoreorumque more exercende memorie
gratia quid quottidie dixerim audierim egerim co
memoror vesperi. Hec sunt exercitationes ingenii. hec
omnibus — curricula mentis. in his desudans atque elaborans cor
poris vires magnopere desidero. Adsum amicis. venio
ad senatum frequens. ultroque affero res multum et
diu cogitatas. easque tueor animi non corporis viri
bus. quas si exequi nequirem tamen me lectulus meus
oblectaret ea ipsa cogitantem que iam agere non possem
sed ut possim facit acta vita. Semper enim in his studi
is laboribusque viventi non intelligitur quando obrepat se — al. subito
nectus. ita sensim sine sensu etas senescit nec morbo
frangitur sed diuturnitate extinguitur. Sequitur
tertia vituperatio senectutis. quod eam dicunt carere vo — 3a vituperatio
luptatibus. O preclarum munus etatis si quidem id au — senectutis et defensio quod
fert nobis. quod est in adolescentia vitiosissimum. Acci — voluptatibus careat
pite enim optimi adolescentes veterem orationem Archite — senectus.
Tharentini magni in primis et preclari viri. que mihi

[De voluptate] tradita est cum essem adolescens Tarenti cum quo maximo
Nullam capitaliorem pestem quam voluptatem corporis
hominibus dicebat a natura datam. cuius avide libidines [voluptatis]
temere et effrenate ad potiendum incitarentur. Hinc
patrie proditiones. hinc rerum publicarum eversiones. hinc cum
hostibus clandestina colloquia nasci. Nullum denique scelus [dicebat]
nullum malum facinus esse ad quod suscipiendum non
libido voluptatis impelleret. Stupra et adulteria et omne
tale flagitium nullis aliis illecebris excitari nisi volupta [al' nbus]
tis. Cum que homini sive natura sive quis deus nihil
mente prestabilius dedisset. huic divino muneri ac do
no nihil tam esse inimicum quam voluptatem. Neque enim
libidine dominante temperantie locum esse. Hec omnino
in voluptatis regno virtutem posse consistere. quod quo ma
gis intelligi potest posset fingere animo iubebat tanta inci
tatum aliquem voluptate corporis quanta percipi posset maxi [quanta]
ma. Nemini censebat fore dubium quin tam diu dum
ita gauderet nihil agitare mente nihil ratione nihil co
gitatione consequi posse. Quocirca nihil esse tam detestabi
le tamque pestiferum quam voluptatem. Siquidem ea cum
maior esset atque longinquior omne animi lumen extingue
ret. Hec cum C. pontio sannite patre eius a quo cau
dino prelio Spurius postumius Titus veturius consules superati [illegible]
sunt locutum Architam Meaurlius tharentinus hospes
noster qui in amicitia populi romani permanserat se a ma
ioribus natu audisse dicebat. Cum quidem ei sermoni in [al' accepisse]
fuisset plato atheniensis. quem tarentum venisse L. cami
llo Appio claudio consulibus reperio. Quorsum hec. ut
intelligatis si voluptatem aspernari ratione et sapientia non
possemus. magnam habendam senectuti gratiam. que effi
ceret ut id non liberet quod non oporteret. Impedit enim
con silium voluptas rationi inimica. ac mentis ut
ita dicam perstringit oculos. nec habet ullum cum virtute
commercium. Invitus feci ut fortissimi viri T. flaminei
fratrem L. flamineum e senatu eicerem septem annis
postquam consul fuisset. sed notandam nimium putavi
libidinem. Ille enim cum esset consul in Gallia exoratus
in convivio a scorto est. ut securi feriret aliquem eorum
qui in vinculis essent dampnati rei capitalis. Hic Tito
fratre suo censore qui proximus ante me fuerat elapsus
est. Mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit tam
flagitiosa et tam perdita libido. que cum probro privato

per

conuingeret imperii dedecus. Sepe audiui a maioribus
natu, qui se porro pueros a senibus audisse dicebant
mirari solitum C. Fabricium, qui tum apud regem pir
rhum legatus esset, audisset a thesalo cineam esse quendam
athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere omnia
que faceremus ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo
audientes audiuimus M. Curium & Titum Coruncanium
optare solitos, ut id samnitibus ipsique pirrho persuaderetur,
quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent.
Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante
eum consulem pro se & re publica quarto consulatu devouerat. No
rat eundem Fabricius, norat Coruncanius, qui cum ex
sua vita, tum ex eius quem dico P. Decii facto iudicabant
esse profecto aliquid natura pulcrum atque preclarum, quod
sua sponte peteretur, quodque spreta et contempta volup
tate optimus quisque sequeretur. Quorsum ergo tam mul
ta de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla, sed
etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas
magnopere desiderat. Caret epulis extructisque mensis
& frequentibus poculis. Caret ergo violentia et crude
litate et insomniis. Sed si aliquid dandum est voluptati, quoniam
eius blanditiis non facile obsistimus, diuine enim plato
escam malorum appellat voluptatem, quod ea videlicet ho
mines capiuntur ut pisces hamo, quamquam immodera
tis epulis caret senectus, modicis tamen conuiuiis delectari
potest. C. Duellium filium Marci, qui penos primus classe
deuicerat, redeuntem a cena senem sepe videbam puer. Delecta
batur cereo funali & tibicine, que nullo sibi exemplo
priuatus sumpserat. Tantum licentie dabat illi gloria. Sed
quid ego alios? Ad me ipsum iam reuertar. Primum habui
semper sodales. Sodalitates autem me questore constitute sunt
sacris ideis magne matris acceptis. Epulabar autem cum soda
libus omnino modice. Sed erat quidam feruor etatis,
qua progrediente omnia fiunt mitiora in dies. Neque enim
ipsorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis
quam cetu amicorum et sermonibus metiebar. Bene enim
maiores accubationem epularum amicorum, quia vite
coniunctionem haberet, conuiuium nominauere, melius quam
greci, qui hoc idem tum compotationem, tum concena
tionem vocant, ut quod in eo genere minimum est,
hoc maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis
delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector. Nec

al' samnitibus
i. dei suis postulare
s. mortis
vl' violentia et cruditate
crapulis
crebro
i. pertica funibus suspensa a qua dependet lapadis
constitute
al' epulare

cum equalibus solum qui pauci[ia] admodum restant. sed
cum vestra etiam etate atque vobiscum. Habeo quam magnam
gratiam senectuti que mihi sermonis auiditatem auxit
abstulit potionis et cibi substulit. Quod si quem etiam ista delectant
nec omnino bellum indixisse videar voluptati cuius est
fortasse quidam naturalis motus non intelligo ne in istis
quidem voluptatibus ipsis carere sensu senectutem. Me vero
et magisteria delectant a maioribus instituta et is ser
mo qui more maiorum a summo magistro adhibetur
in poculo. et pocula sicut in simphosio Zenophontis est
minuta atque rorantia & refrigeratio in estate & vicissim
aut sol aut ignis ibernus. Que quidem etiam in Sabinis
persequi soleo. Conuiuiorum que vicinorum quottidie compleo
quod ad multam noctem quam maxime possumus vario
sermone producimus. Lelius. At non est voluptatum tanta
quasi titillatio in senibus. Cato. Credo sed ne desideratio
quidem. Nichil est autem molestum quod non desideres.
rudet affecto bene Sophocles cum ex eo quidam iam effecto etate que
reret uteretur ne rebus vereis venereis. Dii meliora
inquit. libenter vero istinc sicut a domino agresti et furio
so profugi. Cupidis enim rerum talium odiosum fortas
se et molestum est carere. saciatis vero et expletis
iocundius carere quam frui. Quamquam non caret is qui desiderat no
Ergo hoc non desiderare dico esse iocundius. Quod si istis
voluptatibus bona etas fruitur libentius primum parvulis
fruitur rebus ut diximus. Deinde hiis quibus senectus
gladiator fuit etiam si non abunde potitur non omnino caret. ut Turpione
al' in ultima Ambivio magis delectatur qui in prima cauea spectat
delectatur tamen etiam qui in ultima. Sic adolescencia volu
ptates prope intuens magis fortasse letatur. sed delecta[2]
etiam senectus procul eas spectans tantum quantum sat est.
At illi quanti sunt que delectant animum tamquam emeritis
stipendiis libidinis ambicionis contencionum inimiciarum
cupiditatum que omnium secum esse secumque ut dicitur
sentus vivere. Si vero habet aliquid tamquam pabulum studii
atque doctrine nihil esse ociosa senectute iocundius.
Mori videbamus in studio demeciendi speram celi atque
terre. Gallum familiarem patris tui Scipio. Quociens
illum lux noctu aliquid describere ingressum. quociens
nox oppressit cum mane cepisset. Quam delectabat eum de
al' predicere fensiones solis et lune multo ante nobis predicare. Quid in le cenia
vioribus studiis sed tamen acutis. Quam gaudebat bello suo punico

i. flo sermo

Nevius . q̃ truculento plautus . q̃ pseudo . uidi etiam
senem liuium qui tum sex annis antequam ego natus sum fa
bulam docuisset . Centone Tuditano q̃ consulibus usque
adolescentiam meam processit etate . Quid de p. cras
lucinij si et pontificii et ciuilis iuris studio loquar . aut de
huius p. Scipionis qui his paucis diebus pontifex ma
ximus factus est . Atque eos omnes quorum commemoraui quos
his studiis flagrantes senes vidimus . M. vero Cethe
gum quem recte suade medullam dixit Ennius quanto
studio exerceri indicendo videbamus senem . Que sunt
igitur epularum aut ludorum . aut scortorum volupta
tes . cum his voluptatibus comparande . Atque hec quidem studia
doctrine sunt . que quidem prudentibus . & bene institutis
pariter cum etate crescunt . ut honestum illud Solonis sit,
quod ait in versiculo quodam ut ante dixi, senescere se multa
in dies addiscentem qua voluptate animi nihil potest nulla res ite
esse maior Venio nunc ad voluptates agricolarum
quibus ego incredibiliter delector . que nec ulla impe
diuntur senectute . et mihi et ad sapientis vitam pro
xime videntur accedere : Habent enim rationem cum
terra . que numquam recusat imperium . nec umquam sine usu
ra reddit quod accipit . sed alias minore . plerumque cum
maiore fenore . quamquam me quidem non fructus mo
sed ipsa ipsius terre uis ac natura delectat . Que cum gre
mio mollito ac subacto sparsum semen excipit . primum
i. cupturum
id occatium cohibet . Ex quo occatio que hoc efficit nomi
nata est . Deinde tepefactum vapore suo et compressum
diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatem . que
i. nodato nixa fibris stirpium sensim adolescit . culmo que erecta ge
niculato . uaginis que quasi pubescens includitur . e quibus cum
emerserit fundit frugem spice ordine structam . Et contra
auium minorum morsum munitur vallo aristarum Quid
ego vitium ortus . situs incrementa commemorem . Satiari de
lectatione non possum nec ut mee senectutis requiem oblectamen
tum que noscatis . Omitto enim vim ipsam et omnium que
nascuntur generantur e terra que ex fici tantulo grano
vinaceo aut ex acino uinceato aut ex ceterarum frugum . aut stir
pium minutissimis seminibus tantos truncos . ramos que pro
creat . Malleoli plante sarmenta vites radices propagines
nonne ea efficiunt ut quemuis cum admiratione delectent .
Vitis quidem que natura caduca est . et nisi fulta feratur ad terram
Eadem cum se erigat clauiculis suis quasi manibus quicquid est

natta complectitur quam serpentem multiplici lapsu et erra
tico ferro amputans coherceat ars agricolarum / ne silvescat
sarmentis / et in omnes partes nimia fundatur Itaq3 ineunte
vere in his que relicta sunt existit tanq̄ ad articulos sarme
torum ea que gemma dicitur a qua oriens uva sese ostendit
que insucco terre et calore solis augescens / primo est peracer
ba gustatu / deinde maturata dulcescit · vestita q3 pampinis
nec modico tempore caret et nimios solis defendit ardores
Qua quid potest esse / tum fructu letius / tum aspectu pulcrius
Cuius quidem non utilitas me solum / ut ante dixi / sed
etiam cultura et ipsa natura delectat adminiculorum ordines
capitum coniugatio / religatio et propagatio vitium sarmentorum
eam quam dixi / aliorum amputatio / aliorum immissio Quid
ego irrigationes / quid fossiones agri / repastinationes q3 profe
ram quibus fit multo terra fecundior · Quid de utilitate
loquar stercorandi dixi in eo libro quem de rebus rusticis
scripsi · de qua doctus hesiodus ne verbum quidem fecit
/ cum de cultura agri scriberet · At homerus qui multis / ut
mihi videtur ante seculis fuit Laertem lenientem animū
vel desiderium quidem capiebat e filio / colentem agrum
et eum stercorantem facit Nec vero segetibus solum · et pra
tis et vineis et arbustis res rustice lete sunt sed etiam ortis
et pomariis / tum pecudum pastu apium examinibus / florū
omnium varietate · Nec solum consitiones modo delectāt
sed etiam insitiones quibus nihil invenio agricultura solor
tius · Possum persequi permulta oblectamenta rerum ru
sticarum · sed ea ipā que dixi fuisse sentio longiora Igno
scetis autem Nam & a studio rerum rusticarum provectus
sum · et senectus est natura loquatior : ad meliora profitisti
Ille autem cuius obtusior sit acies / non videre Equidē
efferor studio patres nostros quos colui et dilexi / videndi
Neq3 enim eos solum convenire habeo / quos cognovi / sed illos
etiam de quibus audivi et legi et ipse conscripsi Quo q̄dē
me proficiscentem / haud sane / quis facile retraxerit velut
medea pelliam recoxerit nec tanq̄ recoxerit pilam / ut
si quis mihi deus largiatur ut hac etate repuerescam
& et in cunis vagiam / valde recusem · Nec vero velim
quasi decurso spatio a calce ad carcerem revocari · Quod
enim habet vita comodi quid non potius laboris sed
habet sane senibus etas · habet certe tamen aut satieta
tem aut modum · Non libet enim mihi deplorare vitā
quod multi et indocti fecerunt Neq3 me vixisse penitet

ne ab oib3 ea vi[illegible] vide an xo[illegible] l[illegible] [illegible] signū

qui ita vixi ut non frustra me natum existimem. Et ex vita ista ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo. Commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit. O preclarum diem cum in illud divinorum animorum concilium cetumque proficiscar, cumque ex hac turba et colluvione discedam. Proficiscar enim non ad eos viros solum de quibus ante dixi, Verum etiam ad catonem meum, quo nemo vir melior natus, nemo pietate prestantior. Cuius a me corpus est crematum, quod contra decuit ab illo meum. Animus vero non me deserens, sed respectans in ea profecto loca discedit quo mihi ipse cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum, non quo equo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus scipio, et id enim te cum lelio admirari solere dixistis, levis est senectus, nec solum non molesta, sed etiam iocunda. Quod si in hoc erro qui animos hominum immortales esse credam libenter erro, nec mihi hunc errorem, quo delector dum vivo extorqueri volo. Sin mortuus, ut quidam minuti philosophi censent, nihil sentiam. Non vereor ne hunc errorem meum philosophi mortui irrideant. Quod si non sumus immortales futuri, tamen extingui homini suo tempore optabile est. Nam habet natura ut aliarum omnium rerum sic vivendi modum. Senectus autem est etatis peractio tanquam fabule, cuius defatigatione fugere debemus, presertim adiuncta sacietate. Hec habui de senectute que dicerem, ad quam utinam perveniatis, ut ea que ex me audistis re experti probare possitis.

Tullij de Amicitia

QVINTUS MUCIUS AUGUR SCEVO
la memoriter et iocunde solebat multa narrare de ce
lio lelio socero suo. nec dubitare illum in omni ser
mone appellare sapientem. Ego autem a patre ita
eram deductus ad sceuolam sumpta uirili toga. ut
quo ad possem et mihi liceret a senis latere numquam discede
rem. Itaque ab eo multa prudenter disputata. multa etiam
breuiter et commode dicta memorie mandabam. fieri que stu
debam eius prudentia doctior. Quo mortuo me ad ponti
ficem sceuolam contuli. quem unum nostre ciuitatis et
ingenio et iusticia prestantissimum audeo dicere. Sed de
hoc alias tractabitur. Nunc redeo ad augurem. cum sepe
multa narrabat. tum memini illum domi in emiciclo sedentem
ut solebat. cum ego essem una et pauci admodum famili
ares. in eum sermonem illum incidere qui tum fere multis
erat in ore. Meministi enim profecto o attice. et eo magis
quod p sulpicio utebare multum. cum is tribunus plebis capi
tali odio a quinto pompeio qui tum erat consul dissideret.
qui cum coniunctissime et amantissime vixerat. quanta esset
homini uel admiratio uel querela. Itaque tum sceuola cum in
eam ipsam mentionem incidisset. exposuit nobis sermonem lelii
de amicicia habitum. ab illo secum. et cum altero genero C.
fannio marci filio. paucis diebus post mortem affricani. Eius
disputationis sententias memorie mandaui. quas hoc libro ex
posui. quare induxi ipsos loquentes. ne inquam et inquit
sepius interponeretur. atque ut tamquam a presentibus coram haberi
sermo uideretur. Cum enim sepe me cum agere ubi de ami
citia scriberem aliquid digna res est uisa mihi cum omni
cognitione tum nostra familiaritate. Itaque feci non inuitus.
ut prodessem multis tuo rogatu. Sed ut in cathone maiore
feci. qui est scriptus ad te de senectute. Catonem induxi
senem disputantem de senectute. quia nulla uidebatur aptior
persona. que de illa loqueretur etate. quam eius qui et
diutissime senex fuisset et in ipsa senectute preceteris flo
ruisset. Sic cum ~~accepissimus~~ accepissemus a patribus maxime
memorabilem C lelii et p scipionis familiaritatem fuisse
idoneam mihi. C. lelii persona uisa est. que de amicitia ea
ipsa dissereret. que disputata ab eo meminisset sceuola.
magister eius. Genus autem hoc sermonum positum in
hominum ueterum auctoritate. ut eorum illustrium. plus
nescio quo pacto uidetur habere grauitatis. Ita que ipse mea
legens sic afficior interdum. ut Catonem non me loquentem

existimem. Sed ut tu verum ad senem senex de senectute loq
Sic in hoc libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsit. tu
et Cato locutus quo erat nemo fere senior illis temporibus
nemo prudentior. nunc lelius et sapiens. sic enim etiam habitus
et amicitie gloria excellens de amicitia loquitur. Tu velim ani
mum a me parumper avertas. lelium ipsum loqui putes
C fannius & Q Mucius ad socerum veniunt post mortem
affricani. ab his sermo oritur Respondit lelius. cuius tota
disputatio est de amicitia. quam leges tu ipse atque cognosces.

FANNEUS sunt ista vera o leli
Nec enim melior fuit vir affricano. nec clarior quisq
Sed existimare debere omnium in te esse coniectos Unu
te sapientem et appellant et extimant Tribuebat hoc modo
M Catoni. Scimus lucium attilium apud patres nostros ap
pellatum esse sapientem. Sed uterq alio quodam modo. Attilius
quia prudens esse in iure civili putabatur Cato quia multarum
rerum usum habebat. multa enim et in senatu et in foro
vel provisa prudenter vel acta constanter vel responsa acu
te ferebantur Preterea quasi cognomen iam habebat in se
nectute sapientis Te autem alio quodam modo non solum
natura et moribus Verum etiam studio et doctrina esse
sapientem Nec sicut vulgus sed ut eruditi solent appellare
sapientem qualem in reliqua grecia neminem. Nam qui
septem appellabantur. eos qui ista subtilius querunt in nume
sapientum non habent. Athenis unum accepimus. et eum
quidem appollinis oraculo sapientissimum iudicatum hanc
sapientiam esse in te existimant. ut omnia tua in te esse
posita ducas. humanos q casus virtute inferiores putes
Ita q ex me querunt credo et ex hoc item sceuola. quo
nam pacto mortem affricani feras. eo q magis q in his
proximis nonis. cum in orto decii bruti augurus commentandi
causa ut assolet venissemus. tu non affuisti. qui diligentis
sime est semper illum diem illud munus solitus esse ob
ire Sceuola Querunt. C leli multi ut est dictum a
fannio Sed ego respondeo id quod animadverti te dolore
quem acceperis. cum summi viri. cum amicissimi morte ferre
moderate. nec potuisse non commoveri. nec fuisse id tue hu
manitatis Quod autem his nonis in collegio nostro non affuisses
invaliditudinem respondeo causam. non mesticiam fuisse
Le Recte tu quidem respondisti sceuola et vere Nec enim
ab isto officio quod semper usurpavi cum valerem abduci
ti incomodo meo debui. nec ullo casu arbitror hoc constanti

animo posse contingere ut ulla intermissio fiat officii Tu aut(em)
fanni · qui mihi tantum tribui dicis quantum ne ego agno
sco · nec postulo · facis amice · Sed ut mihi videris non recte
iudicas de catone · Aut nemo fuit quod quid magis credo
ut si quisq(uam) est sapiens · ille fuit sapiens Quo(modo) enim ut
alia omittam mortem filii tulit · Memineram paulum · vi
deram Gaium · Sed caue ne eos preponas maximo Catoni
et expectato viro Quamobrem caue ne Catoni anteponas
sistum quide(m) ipsum que appollo ut ais sapientissimu(m) iudi
al' laudantur cauit huius enim facta · illius dicta et cuncta iudicantur
· de me autem ut iam loquar cum vtroq(ue) sit habetote
Ego si Scipionis desiderio me moueri negem / quam id
recte faciam uiderint sapientes / Sed recte mentiar Moue
or enim tali amico orbatus qualis ut arbitror nemo vnq(uam)
erit / et ut confirmare possim nemo certe fuit · Sed non
egeo medicina / me ipse consolor et maxime illo solacio q(uo)d
ego eo errore careo / quo amicoru(m) decessu plerique angi
solent · Nichil mali accidisse scipioni puto · si quid ac
+ mi accidit cidit · suis autem incomodis grauiter angi non amicu(m)
sed se ipsum amantis est Cum illo vere quis neget actu(m)
esse preclare · nisi enim quod ille minime putabat imor
talitatem optare vellet · quid non est adeptus · quod ho(m)i
fas esset optare · Qui summa(m) spem civium quam de eo
iam puero habuerant · continuo adolescens incredibili
virtute superauit · qui consulatum nunq(uam) petiuit factus
est consul bis · primum ante tempus · iterum sibi suo t(em)p(or)e
rei pu(blice) pene sero · qui duabus vrbibus euersis inimicissimis
huic imperio / non modo p(rese)ntia · verum etiam futura bella
deleuit · quid dicam de moribus facillimis · de pietate in
matrem de liberalitate in sorores · bonitate in suos iusticia
in omnes · nota sunt vobis Quam autem ciuitati carus
fuit merore funeris indicatum est · quid igitur hunc
paucorum annorum accessio iuuare potuisset · Senectus
enim quamuis non sit grauis · ut memini catone anno vno
ante q(uam) esset mortuus mecum et cum Scipione disserere · tamen
aufert eam viriditatem in qua etiam tunc erat scipio Qua(m)
obrem vita quidem talis fuit · vel fortuna vel gloria · ut
nihil posset accede(re) · moriendi autem sensum celeritas ab
stulit · quo de gen(er)e mortis difficile dictu est · quid homines
suspicentur vos videtis / hoc vere · tu(m) licet dice(re) p(ro) scipioni
ex multis diebus quos in vita celeberrimos letissimosq(ue) vide
rit illum diem clarissimum fuisse cum senatu dimisso —

domum deductus et a p. C. ppli romani sociis et latinis
pridie quam excessit de vita, ut ex tam alto dignitatis gra
du ad superos videatur potius quam ad inferos pervenisse
Neque enim assentior his qui hec nuper disserere ceperunt
cum corporibus simul animas interire. et omnia morte de
leri. Plus apud me autoritas antiquorum valet et aucto
ritas nostrorum maiorum qui mortuis tam religiosa iura
tribuerunt. quod non fecissent profecto si nihil ad eos perti
nere arbitrarentur. et eorum qui in hac terra fuerunt ma
gnam que greciam que nunc quidem deleta est, tum flo
rebat institutis et preceptis suis erudierunt, et eius qui
appollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, qui non tum
hoc, tum illud, ut pleris que, sed idem semper animos hominum
esse divinos, his que cum e corpore excessissent reditum in
celum patere. optimo et iustissimo cuique expeditissimum quod
idem videbatur scipioni. qui que quasi presagiret perpau
cis diebus ante mortem, cum et philus et manilius adesset
et alii plures, tu etiam sceuola mecum venisses) illud tridu
um disseruit de re p. cuius disputationis fuit extremum fere
de immortalitate animorum, que se in quiete viso ex africano
audisse dicebat. Id si ita est ut optimi cuiusque animus in
morte facillime evolet tanquam e custodia vinculis que corporeis
cui censemus cursum faciliorem ad deos fuisse quam scipio
ni Quocirca merere hoc eius eventu vereor. ne magis sit
invidi quam amici Sin autem illa veror ut idem interitus
sit corporum et animorum, ut nullus sensus remaneat,
ut nihil boni est in morte. sic certe nihil mali. sensu enim
amisso fit idem quasi natus non est homo Quem tamen esse
natum et nos gaudemus. et hec civitas dum erit letabitur
Quamobrem qui cum illo quidem ut supra dixi actum optime
est. mecum vero incomodius, quem fuerat equius, ut sic
prius introieram in vita. Sed tamen recordatione nostre amici
tie sic fruor ut beate vixisse videar quia cum scipione
vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de re p. & de pri
vata fuit. et militia communis, et id in quo est omnis vis ami
citie voluntatum studiorum sententiarum summa consensio
Itaque non tam fama sapientie presertim falsa quam modo fan
nius commemoravit delectat, quam quod amicitie nostre memori
am sperem sempiternam fore. id que eo magis mihi cordi, quod
ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria
amicorum quo in genere sperare videor scipionis et lelii
amicitiam notam posteritati fore. FANNIUS :—

Istud quidem lelie ita necesse est. sed quoniam amicitie menci
onem fecisti et sumus ociosi pergratum mihi feceris / spero
item sceuole / si quemadmodum soles de ceteris rebus cum ex
te queruntur sic de amicitia disputaueris / quid sencias quale
existimes. que precepta des SCEVOLA Mihi vero erit
gratum / atque id ipsum / cum tecum agere conarer fannius ante
uertit Quamobrem utrique nostrum gratum admodum feceris LELIUS
Ego vero non grauarer si ipse considerem mihi. nam pre
clara res est et sumus ut dixit fannius ociosi Sed qui
sum ego. aut que est in me facultas / doctorum est ista con
suetudo / ea que grecorum ut his proponatur quamuis subito Magnum
opus eget exercitacione non parua Quamobrem / que disputari
de amicitia possunt. ab eis censeo ut petatis / qui ista profitentur
Ego vos hortari tantum possum / ut amiciciam anteponatis
omnibus rebus humanis. Nihil est enim tam nature aptum
tam conueniens ad res uel secundas uel aduersas. Sed hoc
primum sencio / nisi in bonis amiciciam esse non posse Neque
id ad unum reseco. ut illi qui hec subtilius dixerunt. fortasse
se vere. Sed ad communem utilitatem parum Negant enim
quemquam virum esse bonum nisi sapientem. sit ita sane. sed
eam sapienciam interpretantur quam adhuc nemo mortalis
est consecutus. nos autem ea que sunt in usu vitaque communi
non ea que finguntur aut optantur spectare debemus Nunquam
enim ego dicam C. fabricium. M. Curium T. coruncanium
quos sapientes nostri maiores iudicabant / ad istorum normam
fuisse sapientes Quare si habeant sapiencie nomen inui
diosum et obscurum. Concedant ut viri boni fuerint / ne
id quidem facient / negabunt id nisi sapienti posse concedi
Agamus igitur pingui minerua ut aiunt qui ista se gerunt — P ita
et ita uiuunt / ut eorum probetur fides / et integritas. equa
litas. liberalitas / nec sit in eis ulla cupiditas uel libido / audacia
sit que magna constancia / ut hi fuerunt quos modo nominaui
Hos viros bonos ut habiti sunt / sic etiam appellandos esse
putemus qui assequantur quantum homines possunt naturam
optimam beneuiuendi ducem Sic enim mihi perspicere videor / ita
natos esse nos. ut inter omnes esset societas quedam Maior
uel adhereret — autem / ut quisque proxime adhereat uel accederet Itaque ciues po
ciores quam peregrini / et propinqui quam alieni Cum his
et amiciciam natura ipsa peperit Sed ea non satis habet
firmitatis. Nam que hoc prestat amicitia propinquitati / quod ex
propinquitate beniuolencia tolli potest. ex amicitia non potest
Sublata enim beniuolencia amicitie nomen tollitur Nomen autem

propinquitatis manet Quanta autem uis amicitie sit ex hoc
intelligi maxime potest, q ex infinita societate generis humani
quam conciliauit ipsa natura. ita contracta res est ut adducta
inangustum, ut omnis caritas ~~inter~~ aut inter duos aut inter
paucos iungetur Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium amicicia
diuinarum humanarum q rerum cum beniuolentia et caritate
consensio. qua quidem nihil haud scio. an excepta sapientia
nihil hominibus sit a diis immortalibus cum melius datum Tamen
alii preponunt diuitias. bonam alii valitudinem. alii potentiam
alii honores. multi etiam voluptates. beluarum hoc quidem
extremum Illa autem superiora sunt caduca. et incerta. posi
ta non tam in consiliis nostris q in fortune temeritate Qui aut
in virtute summum bonum ponunt preclare id illi quidem Sed hec
ipsa virtus amicitiam et gignit et continet Nec sine virtu
te amicitia ullo pacto potest esse. Iam virtute ex consuetudine
nostre vite sermonis q nostri interpretemur. nec eam ut
quidam docti verborum magnificentiam metiamur, viros
q bonos eos qui habentur numeremus scilicet paulos Cato
nes Gaios Scipiones philos his communis vita contenta est
Eos autem omittamus qui omnino nusquam reperiuntur Tales
igitur inter viros amicitia tantas oportunitates habet quantas
vix queo dicere Primo oportunitas est, hec quibus potest esse
vita vitalis (ut ait ennius) qui non amici mutua beniuolen
tia conquiescatur. Quid enim dulcius q habere aliquem
cum quo omnia audeas sic loqui ut tecum. Quis esset tantus
fructus in prosperis rebus nisi haberes. qui illis eque, ac tu ipse
gauderet Aduersas vero ferre difficile esset, sine illo qui
eas grauius ferret q tu ferres. Denique cetere res que expetuntur
oportune sunt singule fere rebus singulis. Diuicie ut utaris
opes ut colare honores ut laudare voluptates ut gaudeas
Valitudo ut dolore careas. et muneribus fungare corporis vel gereris
Amicitia plurimas res continet. quo quo te uertis presto
est, nullo loco excluditur, nunquam est intempestiua nunquam
molesta est. Ita q non aqua, non igni ut aiunt locis plu
rimis vtimur quam amicitia Neque ego nunc de vulgari
aut mediocri que tamen ipsa delectat et prodest. sed de vera
et perfecta loquor, qualis eorum qui pauci nominantur
fuit Nam et secundas res splendidiores facit esse amicitia
et aduersas paciens communicans q leuiores Cumque plurimas
et maximas comoditates amicitia continet. Tum illa nimirum
prestat omnibus, quod bona spe prelucet in posterum Nec
debilitari animos. aut cadere patitur. verum etiam qui intuetur

tanquam exemplar aliquod intuetur sui. quo circa et absentes ad
sunt et egentes abundant et imbecilli valent. et quod difficilius
est dictu. mortui uiuunt Tantus eos honos Memoria desiderium
prosequitur amicorum. ex quo illorum beata mors videtur ho
rum vita laudabilis Quod si exemeris ex natura rerum bene
uolentie coniunctionem nec domus ulla, nec urbs stare poterit.
nec agri cultus quidem permanebit. Id si minus quidem
intelligit quanta vis amicitie concordie que sit ex dissensio
nibus atque discordiis percipi potest Que enim domus tam
tam stabilis, que tam firma ciuitas est que non odiis atque di
sidiis funditus possit euerti. Ex quo quantum boni sit in
amicitia iudicari potest Agrigentinum quidem doctum
quendam virum carminibus grecis vaticinatum ferunt, que
in rerum natura, et toto mundo constarent, queque mouerent
ea contrahere amicitiam. dissipare discordiam Atque hoc quidem
omnes mortales et intelligunt et reprobant Itaque si quando
aliquod officium extitit amici in periculis, aut adeundis, aut co
municandis. quis est qui id non maximis efferat laudibus
Qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei
M pacuuii fuere noua fabula, cum ignorante rege uter
eorum horestem se esse diceret ut pro illo necaretur Horestes
autem ita erat horestem se esse perseueraret, stantes autem
plaudebant in re ficta Quid arbitramur in vera facturos
fuisse. facile indicabat ipsa natura uim suam, cum homines
quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero iudicarent
Hactenus mihi videtur de amicitia quid sentirem potu
isse dicere. si qua preterea sunt, credo autem esse multa
ab his si videbitur qui ista disputant queritote FANNEUS
Nos autem a te potius. quamquam etiam ab istis sepe quesiui
et audiui non inuitus equidem. sed aliud quoddam filum tue
orationis expetimus SCEVOLA Tum magis id diceres
fanni, si nuper mortis scipionis cum de re p. disputatum
affuisses Qualis tum patronus iustitie fuit. contra accu
ratam orationem phili FANNEUS facile id quidem fuit
iustitiam in iustissimo viro defendere SCEVOLA quid.
Amicitiam non ne facile ei fuit. qui ob eam summa fide
constantia iustitia que seruata maximam ceperit gloriam

LELEUS RESPONDET

IM hoc quidem est afferre. quid enim refert quam
me ratione cogatis. Cogitis certe Studiis enim ge
nerosorum presertim in re bona, cum difficile est, cum ne
equum quidem obsistere Sepissime igitur mihi de amicitia cogitanti

Maxime illud considerandum videri solet Utrum propter imbecillita
tatem atque inopiam desiderata sit amicitia ut dandis recipiendis
que meritis quod quis minus per se ipse posset id acciperet ab illo
vicissim redderet an esset hoc quidem proprium amicitie sed an
tiquior et pulcrior et magis natura ipsa profecta Alia causa
Amor enim ex quo amicitia est nominata est princeps ad beni
volentiam coniungendam Nam utilitates quidem etiam ab
his percipiuntur sepe qui simulatione amicitie coluntur et ob
seruantur causa temporis In amicitia autem nihil fictum est
nil simulatum et quicquid est idem verum et voluntarium est
Quapropter a natura mihi videtur potius quam ab indigentia orta ami
citia et applicatione magis animi cum quodam sensu ama
di quam cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura
Quod quidem quale sit et in bestiis quibusdam adverti potest
que ex se natos ita amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur
ut facile eorum appareat sensus Quod in homine multo est
euidentius Primum ex ea caritate que est inter natos et
parentes que dirimi sine detestabili scelere non potest Deinde
cum similis sensus extitit amoris si aliquem nacti sumus
cuius cum moribus et natura congruamus Ita quod in eo quasi
lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur
Nihil est amabilius virtute Nihil quod magis alliciat ad
diligendum Quippe cum propter virtutem et probitatem eos
quos numquam vidimus quodammodo diligamus Quis est
enim qui C fabricii M Curii non cum caritate aliqua be
niuolentia memoriam eis usurpet quos numquam viderit
Quis est autem qui tarquinium superbum qui P Crassium
spurium menium non oderit Cum duobus ducibus de impe
rio in italia est decertatum pirrho et Anibale ab altero
propter probitatem eius non nimis non alienos animos habemus
alterum propter crudelitatem eius semper civitas hec oderit
Quod si tanta vis probitatis est ut eam vel in eis quos
numquam vidimus vel quod magis est in hoste etiam diligamus
quid mirum est si animi hominum moveantur cum eorum
quibus cum usu coniuncti esse possint Virtutem et boni
tatem perspicere videantur Quamquam confirmatur amor
ex beneficio accepto et studio perfecto et consuetudine adiuncta
quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris
adhibitis admirabilis quedam exardescit beniuolentie magni
tudo Quam si qui putant ab imbecillitate proficisci ut
sit per quem quisque assequatur quod desideret Humilem
sane relinquunt et minime generosum ut ita dicam ortum

amicitie quam ex inopia atque indigentia natam volunt Quod
si ita esset ut quisque minimum esse in se arbitraretur ita ad
amicitiam esset aptissimus quod longe secus esset est Ut
enim sibi quisque plurimum confidit et ut quisque maxime virtu
te et sapientia sit munitus est ut nullo egeat sua que omnia
in se ipso posita iudicet ita in amicitiis expetendis colendis
que maxime excellit. Quid enim Affricanus indigens fuit
mei minime hercle at ne ego quidem illius sed ego
admiratione quadam virtutis eius ille vicissim opinione
fortasse non nulla quam de meis moribus habebat me dilexit
auxit benivolentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multe
et magne consecute sunt non sunt tamen ab earum spe cause
diligendi profecte. ut enim benefici liberalesque sumus
non ut exigamus gratiam (neque enim feneramur) sed natura
propensi ad liberalitatem sumus sic amicitiam non spe merce
dis adducti. Sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest ex
petendam putamus ab his qui pecudum ritu ad volupta
tem omnia referunt. longe dissentimus nec mirum Nihil
enim altum nihil magnificum ac divinum suspicere possunt qui
suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque
contemptam Quam ob rem hos quidem ab hoc sermone remo
vemus Ipsi autem intelligamus natura gigni sensum diligendi
et benivolentie caritatem ficta simulatione probitatis quam
qui appetiverunt applicant se et propius admovent et ut
usu eius quem diligere ceperunt fruantur et moribus sint
pares in amore et equales propensioresque ad bene meren
dum quam ad reposcendum. Atque hec inter eos sit honesta con
certatio. Sic et utilitates ex amicitia maxime capientur. et
erit potius eius ortus a natura quam ab imbecillitate gravior
et verior Nam et si utilitas amicitias conglutinaret ea
dem tum mutata dissolveret Sed quia mutari natura non potest
idcirco vere amicitie sempiterne sunt Ortum quidem amicitie
videtis nisi quid ad hec forte vultis FANNIUS Tu vero
perge Leli pro hoc enim qui minor est natu meo iure respondeo
SCEVOLA Recte tu quidem quam ob rem audiamus

LELIUS

VIDETE vero optimi viri ea que sepissime inter me
et Scipionem de amicitia disserebantur. quamquam ille quidem
nihil difficilius esse dicebat quam amicitiam usque ad extremum
vite diem permanere Nam vel ut non idem expediret inci
dere sepe vel de re publica non idem sentirentur mutari etiam mo
res hominum sepe dicebat alias adversis rebus alias etate ingravescente

atq; earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis
etatis. Quod summi puerorum amores, saepe una cum preter
ea sumpta toga deponerentur. Sin autem ad adolescentiam
pduxissent, dirimi possit tn~ interdum contentione vel lu
xurie condicione, vel comodi alicuius, quod idem adipisci uterq;
non posset. Quod si qui longius in amicicia provecti essent
tn~ sepe labefactari si in honoris contentione incidissent. Peste~
enim maiorem esse nullam amiciciis q~ in plerisq; pecunie
cupiditatem, in optimis quibusq; honoris certamen et glorie
Ex quo inimicicias maximas sepe inter amicissimos fuisse ex
titisse magna et dissidia, et plerumq; iusta nasci, cum aliquid
ab amicis q~ rectum non esset postularetur. ita ut libidinis mi
nistri aut autores essent adiuriam. Quod qui recusarent q~
uis honeste id facerent, ium tamen amicitie desere~ argue
rentur, ab his quibus obsequi nolent. Illos autem qui qui
duis ab amico auderent postulare et postulatione ipsa pro
fiteri omnia se amici causa esse facturos. eorum querela
inveterata, non modo familiaritates extingui solere sed etia~
odia gigni sempiterna. Hec ita multa quasi facta impende~
amicis ut omnia subterfugere~, non modo sapientie, sed etia~
felicitatis diceret sibi videri. Quam obrem id primum vide
amus si placet nobis, quatinus amor in amicicia progre
di debeat. nu~ ne si coriolanus habuit amicos ferre co~
patriam arma. illi cum coriolano debuerunt. Num bec
tilinum amici regnum appetentem Num amelium debu
erunt iuvare. Tiberium quidem grattum. rem p~ vexante~
a quinto Tiberone equalibusq; amicis derelictum videbam.
A C bissius cumanus hospes familie vestre Sceuola cum
ad me quo aderam cum len lenate et rupilio consulibus
in consilio deprecatum venisset, Hanc ut sibi ignoscerem
causam afferebat, q~ tanti sibi grattum fecisset ut quicq~
ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego inqua~ etiam
ne sibi te in capitolium faces ferre vellet, nunq~ inquit voluis
set id paruissem. Videtis quam nepharia vox. et hercle
ita fecit, ut plus etiam quam dixit. Non enim paruit ille
ti Grachi temeritati sed prefuit. Ne se comitem illius furo
ris, sed ducem prebuit. Itaq; hac amentia questione nova
perterritus in asiam profugit. ad hostes se contulit et
penas rei p~ graues iustas q; persoluit. Nulla est igitur
excusacio peccati si amici causa peccaveris. Nam cum conci
liatrix amicitie virtutis opinio fuerit. difficile est amici
ciciam manere si a virtute defferceris. Q~ si rectum statue

cimus / tunc contede amicis quicq velint. uel impetrare ab
amicis quicq velimus. Perfecta quidem sapientia freti simus
si nihil habeat res vitii. Sed loquamur de his amicis / qui
ante occulos sunt quos ~~vi~~ vidimus aut de quibus memoriam
accepimus / aut quos novit vita communis. Ex hoc numero
nobis exempla sumenda sunt & eorum quidem maxime
qui ad sapientiam proxime accedunt. Vidimus P. emi
lium C. lusino familiarem fuisse / sic a patribus accepimus
bis una consules / et collegas in censura / tu et cum his et inter
se coniunctissimos fuisse M. Curium T. Coruncanum me
morie traditum est. Igitur ne suspicari quidem possimus
quemq horum ab amico quippiam contendisse / qd contra
fidem contra iusiurandum esset / et contra rem publica
Nam hoc quidem in talibus viris / quid attinet dice / si
contendisset / scio impetratum non fuisse ~ cum illi sanctis
simi viri fuerint / eque autem nefas sit / tale aliquid
face rogatu & rogare. A vo T. gracchum sequebantur
C. carbo. C. cato. et minime tunc quidem C. frater nunc
idem acerrimus.

HEC IGITUR PRIMA LEX IN AMICICIA

sanciatur / ut neq rogemus res turpes / nec faciamus
rogati. Turpis enim excusatio est. et minime accipie
da / cum in ceteris peccatis / tum si quis contra rem p se causa
amici fecisse fateatur. & n. eo loco fanni & scevola locuti
sumus / ut nos longe prospice opporteat futuros casus rei p
deflexit enim iam aliquantu de spatio curriculo q consuetudo
maiorum Tiberius gracchus regnum occupare conatus est. uel
regnavit his quidem paucos menses Nunq simile res p.
audierat / ut videret. Hunc etiam post mortem seciti amici
et propinqui Qd M. p. Scipionem Nasicam effecerint / si
lacrimis nequeo dice. Nam carbonem quoq / quem modo
posiumus / propter recentem penam Tiberii grachi sustinui
mus. de C. Grachi aut tribunatu quid expectem / no libet
augurari. Serpit deinde res que procliuis ad perniciem / tu
semel cepit labitur. Videtis in tabella / iam ante quanta
sit facta labes. Primo gabinia lege. biennio aute post
cassia. Video iam videor. p. ro. a senatu disiunctum /
multitudinis arbitrio res maximas agi. Plures em discent
quemadmodum hec dissensiones fiant / q quemadmodum
his resistat. Quorsum hec. quia sine sociis nemo qcq
tale conatur. Precipiendum est igitur bonis / ut si in eius
modi amicitias ignari aliquo casu inciderit ne existiment ita

l audierat

l adiscent

se alligatos ut ab amicis in magnam aliquam rem p. peccantibus
non discedant. Improbis autem pena statuenda est Nec uero
minor his qui secuti sunt alterum quam his qui ipsi fuerunt
impietatis duces Quis clarior in grecia Themistode quis
potentior qui cum imperator bello persico a seruitute
greciam liberasset Propter quod inuidiam in exilium expulsus
est ingrate patrie iniuriam non tulit quam ferre debuit
fecit idem quod uiginti annis ante apud nos fecerat corilia
nus His adiutor contra patriam inuentus est nemo Itaque
mortem sibi uterque consciuit Et talis improborum consen
sio non modo excusatione amicitie tegenda non est sed potius
omni supplicio uidicanda est ut ne quis concessum putet
amicum uel bellum patrie inferentem sequi Quod quidem
ut res ire cepit Haud scio aliquando futurum sit Mihi autem
non minori cure est qualis res p. post mortem meam fu
tura sit quam qualis hodie sit Hec igitur prima lex amicitie
sanciatur ut ab amicis honesta petamus amicorum causa
honesta faciamus nec expectemus quidem dum rogemur
sed studium semper adsit Cunctatio absit Consilium uero
dare gaudeamus libere Plurimum in amicitia amicorum
bene suadentium ualeat auctoritas ea que adhibeatur ad ad
monendum non modo apte sed etiam acriter si res postu
labit et adhibite pareatur Nam quibusdam quos sapientes
habitos fuisse in grecia placuisse opinor mirabilia quedam
sed nihil est quod illi non persequntur argutius partim fugen
das esse nimias amicitias dicebant ut non necesse sit
unum sollicitum esse pro pluribus satis superesse sibi suarum
cuique rerum alienis nimis implicari molestum esse co
modissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitie
quas uel adducas cum uelis uel remittas Caput enim esse
ad beate uiuendum securitatem qua frui non possit animus
si tamquam parturit unus pro pluribus Alios autem dicere
aiunt etiam multo inhumanius quem locum breuiter
perstrinxi paulo ante presidii adiumenti que causa non
beniuolentie neque caritatis amicitias esse expetendas Itaque
ut quisque minimum firmitatis haberet minimum que uirium
ita amicitias appeteret maxime ex eo fieri puto ut mulier
cule magis amicitiarum presidia querunt quam uiri et inopes
quam opulenti et calamitosi quam hi qui putentur beati O
preclaram sapientiam Solem enim e mundo tollere uident
qui amicitiam e uita tollunt Qua a diis immortalibus
nihil melius habemus nihil iocundius Que est enim ista

al' tegenda
l' vidicanda

al' ris

al' cautas

securitas: specie quidem blanda / sed re ab se ipā multis locis repu
dianda Neqz enim est consentaneum ullam honestatem rem acti
onem ue ne sollicitus sis / aut non suscipere. aut susceptam depo
virgultis stipites alligant. ne aut propria mole. aut vi ulla ven-
torum deflecti possint. Ita et iuvenibus adhibendi sunt comites
quorum monitis discant. et consilia retrahantur. et imitatione
proficiant. Continendi sunt etiam ne aliis que sunt cetera vitium immo-
deratiores fiant. Nam superfluis cibus ac potus et somni

habūdatiores ex consuetudine magis sūt. nō quo varijs habi
tudinibus corporū plus minus ue deberi ex his rebus negem.
sed in omnibus hominibus natura paucis adiumentis contenta sit. si
necessitatē spectemus. si voluptatē nichil illi possit videri satis.
A vino uero in ea etate maxime sūt arcendi. cuius minimus usus
et ualitudini bone inimicus est. et recte rōnis usū magnopere
perturbat. Qua in re nequaquam michi videtur improbanda lacede-
moniorū ratio qui ebrios seruos exhiberi in suis conuiuijs cura-
bant. non quidē ut eorū insulsis sermonibus ac fedis actibus dele-
ctarentur. Nam inhumana voluptas est damno hominis aut vicio
delectari hominem. sed ut adolescentibus suis exemplo ostenderet.
quam esse turpe temulentū uideri. Sunt igitur ut ab annis teneris
assuescant ita potandi pueri. ut illis magis aqua temperetur
quam limphetur vinū et tam sobrie quidē ac raro ut magis
ad molliendū cibū. quam ad minuendā sitim datus potus uideatur
Neque enim decet quod nō modo ad virtutē sed nec ad bonā quoque vale-
tudinem pertinet uentre cibū potū ue metiri. aut hiber-
nis noctibus somnos equare aut voluptatibus modū sacietate
prefinire. sed rōne moderare omnia. et ita assuesceri ut inutiles
impetus frenare facile possimus. arbitrarique non omne quod
per potentiam uel occasionem facere liceat decere ut faciamus. An-
te omnia vero decet bene institutū adolescentem rei diuine curā
respectū que non negligere. ea que opinione imbui ab ineunte eta-
te. Nam quid erit illi inter homines sanctū cui diuinitas de-
specta sit. nec uero usque ad aniles decet supersticiones prouehi. quod
in ea etate dampnari plurimū solet. et irrisioni patere. sed
ad certū modū. quamquam quis modus adhiberi in ea re potest. in qua
omne quod possumus infra modū est. Precipue vero quod in omni
etate abhominabile est. monendi sūt nō execrari diuina. neque
sacra nomina irrisioni habere. nec sponte facile iurare. Nam
qui temere iurant. crebro deierare consueuerunt. Proxime autem
senibus ac maioribus natu plurimū reuerentie adhiberi conuenit.
eos que parentū quodam loco existimare. In quo erat romana iuuentus
vetusto more preclare instituta qui senatores quos patres appella-
bant qua die habebatur senatus deducebant ad curiā. ibique assidui
pro foribus aderant. dimissoque senatu reducebant frequentes domū.
que nimirū erant rudimenta constantie patientie que in prouecti-
ori etate prestande. Qui ergo iuuenes libenter senibus adherent.
nec ab his facile discedūt a quibus proficere possunt. hi non temere
uelle uidentur etatem virtute preuenire. Instituendi sūt preterea
quo pacto deceat admittere venientes quo abeuntes dimittere
Ut oporteat verecunde salutare maiores. minores humaniter colligere

amicos benivolos quam familiariter convenire. que tum in omnibus apte
sedeant. tum vero in principibus et eorum liberis speciosa videntur.
et notantur in his maxime in quorum moribus atque omni vita facili
tas quidem amari solet. gravitas vero laudari. utrobique tamen
verendum est ne vel hec in agrestem severitatem. aut illa in scur
rilem levitatem exeat. Hec autem ita consequi poterunt. si se faci
le quisque argui monerique patiatur. que ratio in omni etate et cuiuscumque
atque condicione salutaris est. Nam ut obiecto speculo facies nostre
mendas cognoscimus. ita et castigantibus amicis errores comprehendimus
animi. qui proximus est ad emendacionem locus. Hi autem facillime
decepcioni patent qui nichil audire possunt quod contristet. Im
becillis est enim stomachi ferre non posse nisi delicata. decet itaque
et maledicentes pati posse. et obiurgantes audire. Nam qui
se non patitur presentem argui. non facile solet cum est absens de
fendi. Verum eos maxime qui sublimiore sunt fortuna. et in quorum
manibus urbium populique ius est. decet non modo facile. sed et liben
ter bene monentibus audire. quanto et ipsi per multam licenciam pro
niores sunt ad peccandum. et eorum peccata obesse pluribus solent.
ac eo quidem magis curandum quia pauci sunt qui dicere eis quod verum
decensque sit audeant. pauciores qui velint audire. Nam qui vult
verum audire facile invenit a quo audiat. Itaque mirum videri
potest si sit quispiam bonus aut sapiens in potentatu ac magnis
fortunis natus. nec adversum unquam casum expertus. et si quis sit
eiusmodi. hunc pro quodam quasi terreno deo amandum colendumque
existimo. Quippe tum inter affluenciam rerum ad omnes voluptates
suppetencium et facultatem assequendi quecumque cupierit. et adulatorum
ingentem copiam. qui solent ex stultis insanos facere. vix rationi et
recto iudicio vacat uspiam locus. Id pulchre plato senciebat et com
mode paucis verbis significavit. que nos locum hunc ad verbum ex
gorgia transferimus. Difficile est enim inquit et plurima laude dignum
in magna peccandi licencia iuste vixisse. Sed et nimia quoque
parentum indulgencia emollire atque enervare adolescentes consueverunt.
quod in his plerumque manifestum est qui sub viduis matribus per delicias
sunt enutriti. Placet igitur que est apud quosdam gencium consuetudo
ut liberos suos aut extra civitatem certe extra domum aut cognatos
amicosve educari curent. quos et si plerumque indulgenciores in
venerint. hoc ipsum tamen quod in aliena domo vivere se intelligunt.
solutiorem illis licenciam adimit et melioribus studiis que liberalia
dicimus intenciores reddit. de quibus est iam nobis dicere. De liberalibus

Liberalia igitur studia vocamus. que sunt libero homine studiis
digna. ea sunt quibus virtus et sapiencia aut exercetur aut queritur
quibusque corpus aut animus ad optima queque disponitur. Unde honor

et glia homib9 queri solet· que sut sapienti pma ptꝭ uirtutem ꝓposita pmia· Nam ut in liberalib9 ingenuis lucru et volup-tas pro fine statuit᷑· ita ingenuis uirtus et glia· Oportet igitur a pma infantia his intende et ad sapiam omi studio conari· Nam si nulla est etiam ꝑuatazu artiu etiā earu que minus acumis exigut· quā excellenter assequi quis possit· nisi a teneris anis illi incubuerit· Quid de sapia iudicabi9 que tam multis magnis ꝙ rebꝫ constat· et in qua arte totius uite ꝓcepta rones ꝙ continent᷑· Non erim9 ꝑfecto· qm sapi-entes et hu et esse omes uolum9· non erim9 nqua i senec-tute sapientes nisi iuuenes pmu sape ceperim9· Nec uero suscipiendu est· quod oibꝫ pene uulgo est usurpatu· ut existi-memus eos· qui iuuenes sup etate rone sapiat· maiores fa-ctos desipe aliquado solere· qmq et hoc in quibsda no abhor-reat a phisica rone· quibꝫ cu impuberibꝫ sensus uigeant· crescente ptmodu etate marcescut· Quo in gne rone e senex quida ab adolescente confutatus· Obscuru est aut utrisꝙ nome· Cum eni his preter etatem prudens· probus ꝙ haberetur· seni ꝙ ad miraculu illu ostenderet· Erit igit᷑ inquit in senectute demes· qui sit in adolescentia tam sapiens· et ita quide uoce sublata ut adolescens audiret· Ille uero innati acumis michil oblitus atꝙ in eu protinus conuersus· Tu ꝙ inquit pclare i adolescentia sapiens extitisti· suis ꝙ illu ut aiut armis confodit· Et est quide ex natura in plerisꝙ iuuenibꝫ tanta ingenij celebritas ad intelligendu et ad inuestigandu tantu acumis· ut ul' sine multa doctrina de rebus maximis loqui possit· sententias ꝙ dice grauissimas· quoru ingenia uis si eruditioe corrobo-retur· iuuetur ꝙ disciplina· sumos uiros pare ea res solet· ut igit᷑ hi diligenter curandi sut· ita no negligedi qui mediocri ualent ingenio· qn uel hoc potius iuuandi hoc qd' est in eis uis nature defectoz· Omes tam a pueicia studijs laboribꝫ ꝙ manci-pandi· du faciles ai iuuenu du mobilis etas ut est Maro· ins· At eo magis tuc insistendu· quo etas illa eruditioi aptior e ꝙ cetere· quāꝙ et omi etate discendu est· nisi fortasse turpius aliqu est disce qm nescire· qd' esse iudicauit Cato ille porcie familie pnceps· qui latinas lras ꝓpe senex grecas iam certe senex edidicit· nec credit seni turpe disce qd' esset pulcru hoc sare· Socrates etiā tantus phus iam etate prouecta fidibꝫ opaꝫ dedit· digitos ꝙ suos mgro formados comisit· cu nros intea iuuenes si placeat deo ꝑmoliere pigeat et uix du ablactatos pudeat sb mgro esse· qui tame iudicio ꝓprio mime comittedi st· sed uarijs artibus ad bona recta ꝙ studia sut inducedi· Nam

aly quidē laude et per spem honoris· aly munusculis blandicijs
alliciendi/ minus aly flagris q₃ cogendi erūt· Atq₃ hec quidē oīa
ita rite pensenda· rōne q₃ moderanda: ut et in eodem ingenio
uicissim his artibꝰ preceptoēs utantᷣ· et cauendū ut neq₃ nimiū
illis faciles neq₃ nimiū seueri sint· Nam ut nimia licencia
bonā indolem soluit: ita grauis et assidua castigacio ingenij
uim eneruat· natuē q₃ igniculos in pueris extinguit· qui dum
timent omīa: audere nichil possūt· fit q₃ ut pene semꝑ errent·
dum in singulis rebus errare se timent· Maxiē uerō in quibꝰ
superhabūdat nigra colera/ laxius continendi erūt· eos q₃ plimū
suo arbitrio cōmitti conuenit· et libertati consq₃ oblectari: In quo
genere cōplexiōis non omēs qd' Aristotiles uoluit sed plimi inge-
niosiores sūt· Verū euenit ut plerīq₃ ingenio liberali prediti
dū recta studia sequi contendūt· aut manu iniecta reuocantᷣ
aut quibusdā oppositis quasi repagulis in ipso cursu subsistere
coguntur: aut alio diuertūtᷣ· Plurimis enī angustia rei familiaris
impedimento sunt· que liberū aīm et ad meliora natū questui
coegit inseruire tam et si per extremas difficultates generosa
natura solet in altum emergē· et magis profusa rerū copia
quā sūma inopia bonis ingenijs nocere consueuit: cū de hys
non sine indignatione dici soleat: o quā magnus hic erat futurus
uir: si in minoribꝰ fortunis esset natus· Quibusdā parentum
imperiū et ab infancia suscepta consuetudo obstitit· Nam
et quod minoribus nobis consuetum est· facile id maiores
facti sequi solemus· et pueri libenter parentū studijs: quibꝰ
innati atq₃ nutriti sūt· dari se paciuntᷣ· Sed et id quod est
ī ciuitatibꝰ consuetū· plurimū sequimᷣ· tanq̄ sit optimū factu·
quod ceteri et probant· et faciūt· Ergo difficillima oīm est
ea deliberacio· nam aut libera non est aut ad eam non nisi fal-
sis opinionibꝰ imbuti· ex mala consuetudine et hoīm prauo
sermone uenimꝰ· Datū tamē est quibusdā munē dei singulari
ut ipi per se rectā uiam sine ullo duce et inire et tenere potu-
eriꝫ· Paucis illis quidē· et quos equus ut ait poeta iupiter
amauit: aut et genuit ut fabulis q₃ aliqd demꝰ quale ī primis
herculem accepimus· quod et greci tradūt· et latini post eos
meminerūt· hic enī cū duas cerneret uias unā uirtutis al-
teram uoluptatis forte id etatis agens quā de tota uita deli-
beratio sumenda est· in solitudinē secessit· Ibi q₃ multū ac diu
secū cogitans ut est ea etas imbecilli iudicio consilio q₃ uirtutē
tandem reiecta uoluptate complexus est· Vnde sibi per multos
ac graues labores opiōne hoīm iter in celū extruxit· Ita igitᷣ
ille· nobiscū autē bn̄ agitur: si preceptis manu q₃ deducimᷣ· ut ubi

Magnus e ad uir

d'cā via

simus· aut si ui etiā necessitate q̄ ad id cogam̄r· Est enī felix ne-
cessitas que cogit ad bonū· q̄qm̄ et tibi q̄ ubertine id uides
in parte contigisse   um enī sūt ex studiis atq̄ artib9 hoīm
due p̄cipue· que et ad extollendam uirtutē· et ad parandā gl̄iā
maxime sunt affines· armorū vz· ac l̄rārū disciplīā· licēt q̄ tibi
per parentis intelligentiā solā militarem· que familie nr̄e prope
peculiaris est prosequi· tu utrāq̄ ita es et industria et studio te-
naciter complexus· ut equalib9 tuis longo intuallo post habitis
cū maiorib9 q̄ certare ī utroq̄ laudis gn̄e posses· Probe igit̄r
facis qui et militarem disciplinā· in qua semp̄ tui maiores excel-
luerūt nō negligis· et ad uetēm hanc domesticā gl̄iam· nouā earū
l̄rārū laudem addicē tentasti· neq̄ enī imitari eos studes· Est
aūt horū nr̄is temporibus turba ingens· qui sibi opionē doctine
ut dedecus abhorrent· aut Licinii quondā romanorū impatoris
sniam pbans· qui l̄ras uirus ac pestem publicā appellabat·
multomagis q̄d ille ait· beatas fore res publicas si ul' studiosi
eas sapie regerent· ul' earū rectores sapiē studere contigisset· Et
quidē q̄d uerū est l̄rārū discipline neq̄ clementiā adimūt· neq̄
malignitatē· qn̄ magis· ut eos qui ad uirtutē et sapiam nati
sūt· aut indicia stultitie detegende· aut instrumenta p̄ciosioris
iniurie· Nam et claudiū ne a rōmis p̄ncipibus discedamus
sane doctum accepimus· et nerone eius ᵖⁱᵍⁿᵒ atq̄ in p̄ncipatu
successorem· eruditū in p̄mis fuisse constat· quorū p̄or insignis
uecordie fuit· alter crudelitate atq̄ omnibus flagiciis ɔtami-
natus· Qui tamē sub obtentu clemētie dixit aliqn̄ optare se
l̄ras nescire· q̄d et optandū sibi p̄fecto fuerit· si mō nō alia ròe
qm̄ l̄rārū ignarus esse clemens potuisset· Sed opinor eū et si
l̄ras quoq̄ que male apud se h̄itabat· eicere sibi prorsus licuiss̄·
tam mature ac libenter facturū fuisse· q̄ illā simulatā ad tp̄s
clementiā exuit· ne cui uirtutū aut bonarū artiū reliquus ī se
locus esset· Contra uero Jacobus de carrazia parens tuus et
prudens uir et p̄nceps magnanim9 ip̄e quidē nō magnope doct9·
mirū tamē inmodū doctos coluit· ut id unū fortune sue defuisse
indicaret· q̄d non esset· q̄ntū modestū hoīem optare liceat· ɔsequi
uero non facile nisi ab initio etatis· studio laboreq̄ nobis do-
ctrinā parauerim9· Paranda sūt igit̄r in iuuentute solacia que
honestam senectutē possit oblectare· Nam que sūt iuuentuti labo-
riosa studia ea erūt iocunda ocia senectuti· et sūt in hac re sane
magna p̄sidia· siue contr̄ languidū torporem remediū q̄rim9·
siue sollicitis occupacōib9 solaciū· Nam cū duo sint gn̄a inter
liberalis· unū q̄d totū in ocio ac speculacōe est· Alterū q̄d in
actione negocioq̄ consistit· In p̄ore quidē q̄ sit necessariā cognicio

magnope ad-
iuuat

usus q̃ scripturarũ neminem existimãdũ est latere. In posteriore vero
q̃m sit utilis facile hinc dignosci põt. Nam qui ad res gerendas
aim̃ applicant. Omitto q̃ et preceptis illorũ qui scripserũt. et eorũ
exemplis de quibus scribit² prudentiores fieri p̃nt. Sed sive
rem p. administrent. sive foris in bellis aut domi in suis aliorũ
q̃ negocijs versent² non h̃nt fatigati qua alia in re iocundius
acquiescẽ valeant. Cum etiã incidant tempa et hore in quibꝫ
ab hmõi rebus vacare necesse est. Nam et a re p. sepe multi
prohibem²: et non semp̃ gerimt² bella. et singuli dieb noctesq̃
aliquid h̃ent domi quo contineri et esse seorsũ oportet. In hoc igit²
tempꝫ cũ nichil nobis per otiũ agere foris licebit. lectio libri
q̃ succurrent. nisi prorsus somno indulgere aut inerti ocio
tabescẽ volemꝫ. aut morem imitari domiciani p̃ncipis. q̃
singulis diebus certis horis secretus ab omibꝫ stilo ferreo
muscas insectabat². Fuit hic quidã vaspasiani filius. Titi võ minor
natu frater, utrique profecto longe impar, immo vero tanto om̃
teterrimus, quãto titus p̃bissimus est om̃ h̃itus. que historie
delicias hũani generis appellavere. Itaq̃ et eius memoria
tam celebris est q̃ illius execrabilis. Libero etẽm iudicio
de rebus vita q̃ hominũ posteritas utit²: que nec vitupa-
re improbos metuit. nec laudes invidet bñ meritis. Qua
quidem in re magna est ut videmꝫ prerogativa p̃ncipibꝫ. immo
vero p̃pe dixerim nc̃itas p̃posita bñ gerendarũ rerũ: si iudiciũ
hoim̃ et fame apud posteros eternitatẽ spectare velint. Nam
in ceteris quidẽ humilioribꝫ magna vi ac virtute opus est. ut
in lucem emergant: et eorũ peccata sue sortis obscuritate tegũt².
In p̃ncipibꝫ vero et magnis viris. p̃bitas sive q̃ rara sit. i multa
fortiã ac p̃p̃ea magis admiratiõi habetur. sive q̃ ex fortune sple-
dore magis illustretur ea. vel si modica est p̃clara atq̃ insignis
habet². malefacta aũt nec latere q̃uis secreta p̃nt nec cognita diu
taceri. Illi em̃ ipi qui aut ministri sũt voluptatũ. aut socij criminũ
consij q̃ factorũ efferũt et p̃mi damnãt. quo in gn̄e eius ipius
domiciani dementiã e cubicularijs unus urbano stemate notavit
Aliqũ em̃ interrogatus esset ne quisq̃m cũ domiciano intus. respõ
dit. ne musca quidem: quasi ille studio suo omẽs sustulisset.
Huic eius occupatiõi tam indecore venia forte possit indulgeri
si modo constaret q̃dnam per hiemem solus agẽ consuevisset
Aut si non maiore odio ex ceteris facinoribus. q̃m ex hoc aucu
pio tam fedo irrisione se dignũ prebuisset. Nam q̃d scipio de
se dicẽ solebat. nuq̃m minus solũ aut ociosũ esse. q̃ cũ ociosꝫ
aut solus videret². non facile cuivis potest contingẽ. sed solis ma-
gnis ingenijs atq̃ excellenti virtute p̃ditis. tam et si nichilo

nū uidetur minor· qui tenet et in turba solitudiēz seruaē pt
et in negocio quietem· Qd' de catone quidē scriptum est· qui
intea dū senatus cogeret· lectitare in curia libros frequēs sole-
bat· Unde nimirū et in rem p̄ntem· et in om̄e tēpus salub'
rrima patrie consilia dictabat· Et si p̄terea alius nullus ex
lr̄arum studijs fructus habet'· qui utiqz et plurimi sūt et
maximi satis tamē abunde magni uideri debet res momenti
q' intea dū attenti legimus a pleris qz auocamur· que nō pos-
semus aut sine turpitudīe cogitare aut remissa sine molestia·
Nam si quid est aut in nobis ip̄is aut in fortuā nr̄a· qd' nos offē-
dat· hac facile rōne leuamur· p̄ter id qd' mirabiles uoluptates
in animis hoīm doctrinarū studia pariūt· et uberrimos afferūt
in tempe fructus· si qn̄do in bonam mentē· et ei cultorē idoneā
tale semen inciderit· ergo tū soli sumꝰ ab omnibus et ceteris curis
uacui· qd' agē melius possumꝰ q̄ libros cōuenire· ubi sūt oīa
uel amenissima ad cognoscendū· uel ad bene sancteqz uiuēdū
efficacissima· Nam tū ad ceteā plimū quidē ualent· tū uerō maxīe
ad saluandā uetustatis memoriā necessaria sūt monumēta lr̄arū·
quibus res hoīm geste· fortune euentus inspati· natuē insolita
opera· et sup his omnibus rōnes temporū continēt'· memoria
etem hoīm et qd' trāsmittit' per manus sensim elabit'· et uix
unius hoīs eum exuperat· Quod aūt libris bene mandatū est
ppetuo manet· nisi pictura forsitan aut excisio marmorū· aut
fusio metallorū pōt etiā tale qddam prestare· Verū ea nec
signant tempa· nec facile uarietatē indicant motionū· et ex-
teriorem tantū habitū exp̄miūt· ac labefactari facile possūt·
Quod aūt lr̄is tradit'· non mō hec que dicta sūt efficit· sed et
sermones q̄ notat· et cogitatus hoīm effingit· ac si pluribꝰ
exemplaribus uulgatū est· non facile pt interiē si mō et dig-
tas attendat orōm· Nam que sine dignitate scribūt'· ea nec
sortiūt' fidem· nec subsistē diu possūt· que igit' pōt eē uita
iocundior aut certe cōmodior· q̄m legē semp aut scribē· et no-
uas quidē existentes res antiquitatis cognoscē· p̄ntes uero
cum posteris loqui· atqz ita om̄e tempus qd' et p̄teritū est et
futurū nr̄m facē· O preclarā supellectilem librorū inq̄ ut
nos et o iocundā familiā ut recte cicero appellat· utiqz et
frugi et bn̄ morigerā· non eīm obstrepit· nō inclamat· nō
est rapax· non uorax· nō contumax· iussi loquūt'· et item
iussi tacent· semp qz ad om̄e imperiū presto sūt· a quibꝰ ul'
unq̄ qd' uelis et q̄ntū uelis audias· Eos igit' q̄m nr̄a meoria
non est oīm capax· ac paucorū quidē tenax· et uix ad singlā
sufficit secūde memorie loco hēndos assuādos qz censeo

Nam sicut litterae quidem ac libri certarum rerum memoria ita et stabilium
omnium communis apotheca. Id quoque curare debemus ut quos a prioribus
accepimus, si nichil ipsi ex nobis gignere forte possimus, integros
atque incorruptos posteritati transmittamus. Eo quoque pacto et hys
qui post nos futuri sunt utiliter consulemus et his qui precesserunt
Vnam hanc suorum laborum mercedem repensabimus. In quo iuste
forsitan possumus quoddam seculum proximas quoque superiores etates ac-
cusare. Indignari quidem licet, profiteor, aut nichil quod tam multa
illustrium auctorum preclara opera deperire passi sunt. et quorundam
quidem nomina sola summis tamen laudibus ornata, aliorum etiam
pars vigiliarum et fragmenta quedam operum ad nos pervenerunt.
Unde fit ut ex splendore laudum ac nominibus opera desideremus illorum
hominum nec reliquos labores deperisse indignemur. Ex earum rerum
que supersunt adhuc excellencia ac dignitate: tamen et si ea ipsa
plerisque partium suarum tam viciose correcta, quedam etiam inter-
cisa ac mutilata susceperimus ut pene melius fuerit ex his
nichil ad nos pervenisse: sed in hac iactura que maxima
est non debet id minimum videri quod res plurimas nostras atque
in talia facta cognitione dignissima pro magna parte latere
nos contingit. Quorum noticia cum libris simul ac monumentis
eorum periit. Sicque cum barbarorum res gestas noverimus plerasque
ex nostris casu librorum ignoramus. et est eo deventum: ut latine
quoque historie et cognitionem et fidem a grecis auctoribus exi-
gamus. Plurima namque talium que apud nos sunt aut anguste
perscripta: aut prorsus incognita late apud eos diffusa repe-
riuntur: quamquam et ea ipsa greca oratio que nostris maioribus esse
quondam domestica ac perfamiliaris solebat apud suos pene
interiit. apud nos vero prorsus extincta est: nisi pauci quidam
qui hac etate illi incubuerunt iam e sepulcro in lucem revocent.
Sed redeo ad historiam: cuius eo gravior est iactura: quo eius
rei cognicio et utilior est et iocundior. Nam liberalibus quidem
ingeniis et his qui in publicis rebus et hominum communitate versari
debent convenientiora sunt historie noticia et moralis philosophie
studium. Cetere quidem enim artium liberales dicuntur quod liberos homines
deceant. philosophia vero idcirco est liberalis quod eius studium liberos
homines efficit. In horum igitur altero precepta quid sequi quidve fugere
conveniat. In altero exempla invenimus. In illa enim omnium hominum
officia reperiuntur et quid quemque deceat. In hac vero quid factum dictumve
est suis quoque temporibus. Adiciendum est ad hec nisi fallor et
tertium id est eloquentia que civilis sciencie pars quedam est. per philosophiam
siquidem possumus recte sentire. quod est in omni re primum. per eloquen-
ciam graviter ornateque dicere. qua una re maxime conciliatur multitudinis

animi. Per historiā uero in utrūq₃ iuuam̄. Nam si senes idcirco
prudentiores iudicamus: eos q₃ libenter audimus. qꝫ ꝑ longā
uitam etiam in se multi exp̄ti sunt. et in alijs plera q₃ uiderēt.
atq₃ audierunt. quid de his est iudicandū: qui multorū seculorꝝ
res cognitu dignas memoriter norūt. et ad omnē casū ꝓferre
illustre aliqd' exemplū possūt ex quibꝰ id efficit̄ qd' est summi
uiri et omīo excellentis ingenij. ut et optime dicē q̄s possit
et studeat qm̄ optime facē. Erant aūt q̄tuor que pueros suos grēci
consueuerūt docere. lr̄as. luctatiuā. musicam. et designatiuā. quā
ꝑtractatiuā quidā appellant. De luctatiua et musica dicet̄ ꝓpterea.
Designatiua uero nūc ī usu non est. ꝓ liberali nisi q̄ntū forsitan
ad scripturā attinet scribē. itaq₃ etiam ipm̄ est protrahere. et de
signare. quo ad reliqua uero penes pictores resedit. Erat aūt
non solū utile sed et honestū quoq₃ huiuscemodi negotiū apud eos
ut Aristotiles inquit. Nam et in emptionibꝰ uasorū tabularū q₃
ac statuarū quibus grecia maxime delectata est succurrebat.
ne facile decipi p̄cio possent. et plurimū conferebat ad depre
hendendā rerū que naturā constant. aut arte pulcritudinē ac ue
nustatem. Quibus de rebus pertinet ad magnos uiros. et loqui
inter se et iudicare posse. Lrarū uero magnus est semꝑ fructꝰ
et ad omnem uitam et ad omē hoīm genus p̄cipue uo studiosis
earū. et ad accipiendā doctrinā. ita et ad firmandū eius habitū
reuocandā q₃ lapsorū memoriā. Ante oīa igit̄ si quid proficē de
doctrinis uolumus congrui sermonis h̄nda est racio. et curādū
ne dū maiora ꝓsequim̄ turpit̄ in minoribꝰ labi uideam̄. ꝓ̄terea
hinc disputandi racio adhibenda est. per quā in unaq̄q₃ re. qd'
uerū falsū ue sit. facile argumētando querimꝰ. Ea cū sit dis
cendi sciencia sciendi q₃ disciplina ad omē doctinarꝫ genus uiaꝫ
facile aperit. Rhetorica uero tercia est inter rōnales disciplinas
per quā artificiosa querit̄ eloquēcia. quā et terciā posuimꝰ inter
p̄cipuas ciuilitatis partes. Verū ea cū nobiliū hoīm studijs ce
lebrari olim cōsueuisset. nūc pene prorsus obsoleuit. Nam
a iudicijs quidem eiecta penitus est. Vbi non ꝑpetua oratione
sed inuicem dialectico more adductis in causam legibꝫ ꝯtendit̄.
In quo genē plerique quondā ex romanis adolescentibꝫ magnā
gl'iam sunt assecuti. aut defferendis insontibus. In deliberatiuo
uero genē iam apud p̄ncipes et rerū dn̄os nullus est ei locus
qui paucis expediri uerbis sentenciā uolūt. et nudas afferri ī
consilio raciones. In poplis qui uel sine arte copiose dicē p̄ut
clari h̄ent̄. demōstratiuū genus restat qd' et nusq̄m est usu sub
latū ita uix usq̄m rōne inuenit̄. Nam in faciendis orōnibus

his artibus utuntur fere omnes que circa artem bene dicendi sunt. Que
cum ita sint elaborandum est tamen ei quem volumus esse bene institutum
ut in omni genere causarum ornate copioseque possit ex arte dicere. Prima
hinc est poetica cuius studium et si conferre plurimum et ad vitam et ad
orationem potest ad delectationem tamen magis videtur accomodata. Ars
vero musice nam et ea audientem delectat magno quondam apud
grecos honore habebatur nec putabatur quisquam liberaliter eruditus
nisi cantu et fidibus sciret. Quamobrem Socrates ut ipse senex
didicit, ita ingenuos adolescentes erudiri in his iussit. non quidem
ad lascivie incitamentum sed ad motus anime sub regula ratione que
moderandos. ut enim non omnis vox sed tantum que bene consonat ad
soni melodiam facit. ita et motus anime non omnes sed qui rationi
conveniunt ad rectam vite armoniam pertinent. Verum cum ad remissionem
animi sedandasque passiones plurimum valeat modulacionum usus.
tum vero eius discipline cognitio digna est ingenio liberali. secundum
quam rationem speculamur sonorum varias naturas ac proprietates. et ex quibus
invicem proportionibus consonancias dissonanciasque causari contingat
Quemadmodum et de numeris ratio que arithmetica dicta est. et de ma-
gnitudinibus que geometria est appellata in quibus secundum varias re-
lationes parium vel imparium et item linearum superficierum aut corporum
varie species numerorum magnitudinumque constituuntur multaque his inesse propria
demonstrantur que cognitio iocundissima est et precipuam in se certitudinem
continet. Sed et illa quoque pulcerrima est que de siderum motibus
magnitudinibus ac distanciis pertractat. Evocat enim nos ab his tene-
bris et crasso aere et in superiorem illam lucidissimam domum tot luminibus
distinctam oculos atque animum inducit. In quam aspicientem iocundum est
fixarum stellarum imagines discernere et erraticas suis locis nominibusque
denotare earum coniunctiones. et item solis luneque defectus longe ante
prospicere atque predicare. Maxime vero sciencia de naturis intellectui
humano consona atque conformis est. per quam naturalium rerum animatarum
inanimatarum que principia passionesque et eorum que celo et mundo
continentur motuum ac transmutacionum causas effectusque cognoscimus
ac multorum quidem possumus causas reddere que vulgo miranda videri
solent. Que cum omnia iocundum est intelligere. tum maxime negotiari
circa eas que in aere et circa terram fiunt impressiones iocundissimum est
Eque neque et que his annexa sunt cognitiones pulcerrimas inquisi-
ciones habent. ut est perspectiva. et de ponderibus tradita ratio. Et
quoniam quidem dicendo hactenus provectus sum reliquas quoque disciplinas
attingam. Medicina igitur est et cognitu pulcerrima et ad salutem
corporum comodissima. Verum exercitium habet minime liberale. Legum
peritia publice privatimque utilis est et magno ubique honori habetur

et ipsa quidem a morali philosophia deriuata est. quemadmodum a naturali medi-
cina quam ut honestum est. aut audientibus interpretari. aut in iure
disceptantibus de iure consultum aperire. ita est indecorum tractites
causas pro conuento operas uendicare. Scientia uero diuina est de
causis altissimis. et rebus que sunt semote a nostris sensibus. quas
intelligentia tantum attingimus. Principales itaque disciplinas
fere commemorauimus omnes. non quo unicuique omnes necessario appre-
hendende sint. ut doctus tandem aut sit aut habeatur. nam et sin-
gule totum sibi hominem uendicare possunt. et utrique est uirtutis
opus. ut modestas opes. ita et mediocrem posse pati doctrinam.
sed ut ad quam quisque aptissimus erit. eam potissimum amplectatur.
//quamquam ita sunt coniuncte doctrine omnes ut nulla queuis ignaris
prorsus alijs egregie percipi ualeat. Sed ingeniorum diuersa sunt
genera. quedam enim facile inueniunt in unaquaque re argumentum.
et medium quo suum positum inferant. Quedam uero tarda sunt ad
inueniendum uerum. solida ad diiudicandum. et priores quidem illi quibus
ita est ingenium ad opponendum aptiores sunt. posteriores uero ad
respondendum. Item illi ad poeticam faciunt. et rationales scientias.
hi uero ad reales. Sunt autem et alij ingenio quidem ueloci. lingua
uero sermoneque tardiore. et hi ad compositum sermonem orationemque
rhetoricam ualere uidentur. In utraque uero ui prompti ad dialeticas
disputationes perlare faciunt. Quibus autem sermo uelociter est quam
ingenium. idest lingua quidem sunt prompta. ingenio uero tardo
ad neutrum genus ualent orationis. Amplius in quibusdam memorie
uis magna uiget et hi ad cognitionem historiarum ualent. et com-
prehendenda legum ampla uolumina. in quo scire nos oportet me-
moriam preter ingenium ualere non multum. ingenium uero sine memoria
prope nichil quantum quidem ad disciplinas attineat. Ad agibilia uero
contra. propterea quod mandari scriptis uix memoria acta res agen-
da queque possit. de doctrinis autem non uidemur scire quod non memorie
tenemus. aut non facile reminisci possumus. Sunt preterea quibus est
uis anime a sensibilibus et materialibus rebus abstracta. et separatis atque
vniuersalibus apprehendendis aptior. Alij contra circa particularia discurrere et
negociari sunt promptiores. et hij quidem ad prudentiam et naturalem scientiam
Illi uero ad mathematicas faciunt et ad diuinam que methaphisica
dicitur. Preter hec autem cum duplex sit intellectus speculatiuus et prac-
ticus. ut quisque secundum alterum potior erit. ita conuenientia illi studia
sequi debebit. Sunt insuper limitata. et quemadmodum in iure dicunt
glebe ascripta quedam ingenia. que cum in ceteris imbecilla sint in uno
tamen aut altero ualent eximie. ea autem sola sunt eis permittenda in quibus
solis plurimum posse uideantur. Verum aristotiles quidem uoluit liberalibus
scientijs hominis indulgendum nec immorandum esse ad perfectionem

civilem hominum vitam negociosamque respectans. Nam qui totus
speculationi et litterarum illecebris deditus est, is est forsitan sibi ipsi
carus, at parum certe utilis urbi aut princeps est aut privatus.
At de doctrinis quidem ac ingeniis ac utrorumque generibus ita videtur
diffiniendum. In quibus est id ante omnia animadvertendum, quod non modo
maiora illa precepta que provectioribus traduntur, sed et prima quoque
artium elementa ab optimis preceptoribus accipere convenit, et ex
auctoribus librorum non quibuslibet passim immorari sed optimis.
Qua ratione et Philippus rex Macedonum primas litteras ab Aristotile
discere Alexandrum voluit, et veteres Romani liberos suos scole
mancipantes in Virgilio primum erudiri curabant, optima utrique
ratione. Nam quod teneris mentibus insitum est alte radices mittit
nec facile postea divelli ulla vi potest. Ergo si melioribus in initio
assueverint illos habebunt precipuos et veluti ducibus semper utentur.
Sin vero errores ullos imbiberint, his duplici tempore opus erit,
primum ut errores excuciant, ac deinde ut vera precepta condiscant.
Quamobrem Thimotheus musicus suo tempore illustris, qui ob
multiplicatas in cithara cordas et novorum modorum adinventionem
Sparta iussus est exulare, a discipulis quidem qui nichil apud
alios profecissent certam paciscebatur mercedem, ab his vero qui ex
aliis quippiam didicerant duplam exigebat. In discendo autem
solet esse plerisque impedimento id quod magno adiumento esse de-
buerat, multa videlicet cupiditas discendi. Qua fit ut dum omnia
pariter complecti volunt nichil tenere valeant. Ut enim superfluus
cibus non nutrit sed stomachum quidem fastidio afficit, reliquum
vero corpus aggravat atque infirmat, ita multa rerum copia simul
ingesta memorie et facile in presenti elabitur et in futurum imbecil-
liorem vim eius reddit. Semper igitur multa legant discipline
studiosi, sed pauca quottidie deligant que decoquere eorum memo-
ria possit. Sicque tria aut quatuor plura ve ut cuiusque vis erit aut
ocium pro eius diei precipuo lucro seorsum reponant, alia vero
legendo id consequentur, ut que iam didicerint meditatione saluet,
que vero nondum quotidie magis familiaria sibi legendo faciant.
Hinc autem nimie sciendi discendique cupiditati coniuncta solet esse
inordinata quedam curiositas investigandi. Cum autem multa de sin-
gulis assistentes student, variis uno tempore disciplinis incumbunt
et nunc illac nunc hac feruntur. Aut nunc quidem unam viribus
totis amplectuntur, inde vero ad modicum illa reiecta aliam atque aliam.
que res nonmodo prorsus inutilis sed et vehementer damnosa.
Nam ut in re est et proverbio etiam dicitur, acescunt vina que sepius
transvasantur. Ita immorari uni rei decet et eam omni studio prosequi.
Disciplinasque eo ordine capere tentare quo sunt a suis auctoribus

tradite. Nam qui libros inordinate legūt. nūc a fine facientes in
tiu͂. nūc media int legentes. et qd' pmū ee debuerāt postremum
accipiūt. hi haud temē nichil aliud legendo proficiūt. q͂ ut oīa
neglexisse uideant͛. De libris aūt qui sūt eiusdē disciplie ita q̄dē
permultos uersari cōuenit. ut meliores semp p̄cipuos habeamus/
nec uero par omibus labor suscipiendus est. sed unicuiq3 pro mō
racōne q3 ingenij sui. Est enī ut sic dixerim ī quibusdā ingenijs q̄d
acies plumbea. in quibusdā uero ferrea. quibus est plumbea siqdez
et obtusa est. parū ad disciplinā ualet. quibus uero est acies inge-
nij acuta quidē sed mollis. et que facile retundi possit. hij inter
studendū crebris interpellacōibus indigent. qui nisi pmo impetu
penetrent quo uolūt. quāto dehinc magis intenderūt magis hebescūt
Qui uero ferreū sortiti sūt ingeniū siquidē et acutū. his nichil impuiū
est. nisi eo perrūpe uelint. ubi frangi oīe necesse est. Sin uero ob
tusum assiduo tamē studio difficultates omēs euincūt. Itaq3 si qd
nō intellexerūt non ptinus respuāt. qd' supborū est. aut qd' pusillis
euenit aīmis desperent magis aūt intencōne pseuerent. Sed et id
quoq3 per plurimū uerū est. acutiores ingenio minus ualere
memoria. et qui celerit capiūt retinēt minus. Ad saluandā igi͛
confirmādā q3 memoriā maxīe affinis est catonis racio qua
uti se dicebat. ut quicquid die egerat. uiderat. legerat. uesperi com-
memoraret. tanq͂ diuini a se negocij rōnem exigens. nō modo
qui negocij. sed ocij quoq3 uolebat reddendā esse rōnem. Ita igitur
et nos oīa qd' si possumus remissa curabimus. siminus ea saltē que
p̄cipua nobis delegimus tenacius complectim͛. Prodest aūt et de
comunibus studijs unā cū sodalibus crebro cōferre. Acuit enī ingeniū
disputacio. linguā erudit. memoriā q3 confirmat. ac nō mō multa
disputando discimus. sed etiā que sic discimus. aptius eloqm͛. et fir-
mius recordam͛. Sed et alios q͂ docendo que scimus nō parū et ipi
iuuabim͛. Optimū namq3 pficiendi genus est docere qd didiceris.
Verū euenit omibus fere discentibus. ut si quid ab inicio bn̄ pfecerūt
ptinus magna sese de disciplis consecutos arbitrent͛. etiā quidē
ut docti disputēt sentencias q3 suas obnixe tueri uelint. qd' eis plu-
rimū officit. Primus et enī ad disciplinas gradus est. posse dubitarē
nec est quicq̄m discentibus tam inimicū q͂ ut nimis de sua erudi-
cione presumāt. aut de ingenio sibi confidāt. quorū alterū discēdi
curam tollit. alterū minuit. Sic enī ipi se fallūt. in qua re mīme
necesse est. Nemīez aūt facilius est fallē q͂m seipm. nemīez dam-
no maiore decipimus. Fit aūt id. ideo. q͂m nondū diuerticula et an-
fractus ac p̄cipicia que in sciencijs latitāt ppendē inexpertis
licuit. Quibus euenit ut aut de libris pleraq3 male corrigant
que bn̄ psenequeūt intelligē. aut impericiam scriptorū negligencia

ne culpantes multa sponte pretereant non intellecta. Verum eas opi-
niones studium et perseuerantia exuet. fient autem commode omnia. si
rite tempora dispensabuntur si singulis diebus statutas horas litteris
dabimus. neque negotio ullo abstrahemur quominus aliquid quotidie
legamus. Nam si alexander in castris lectitare plurimum solebat.
Si cesar etiam tum exercitu proficiscens libros scribebat. et augustus in
mutinensi bello rem tantam adortus. semper tamen in castris legere aut
scribere quotidie declamitare consueuerat. quid poterit urbano ocio
interuenire quod nos diu prorsus a litterarum studiis auocet. Utile autem est
ut uel cuiuslibet minimi temporis iacturam pro magno deputemus. et ita
temporis quemadmodum et uite et salutis racionem habeamus. ut nihil
inutiliter nobis depereat. uelut si inertes horas et que apud ceteros
ociose sunt. aut studiis leuioribus dabimus aut lectione iocunda
transigemus. bone etiam racionis est. ea que bona colligere que solet
negligere ceteri. ut si quis super cenam legit et sompnum quidem inter libros
expectet. aut certe per libros fugiat. quamquam phisici obesse ea uisui lu-
minibus quoque contendunt. quod et uerum est. si modo preter modum idest a
intencione nimia aut super multam saturitatem id fiat. sed et illud quoque
proderit nonnichil si intra bibliotecas nostras coram atque in oculis instru-
menta hec constituamus. quibus horas ac tempora metiri solent. ut
quasi tempus ipsum fluere labi que uideamus. Et si eis ipsis locis ad
nichil aliud. quam ad quos instituta sunt utemur nullam ibi aut occu-
pacionem aut cogitacionem externam admittentes H Et autem que dicta
sunt maiore cura ac studio prosequantur. hi quibus est ingenium
ad disciplinas aptius quam corpus ad bella. Quibus uero et ingenium
uiget et corpus est ualidum eos oportet utriusque curam habere.
et animum quidem ita formare ut uere possit decernere et racione uelit
imperare. Corpus uero et fortiter ferre ut facile parere possit. ac
denique ita nos totos comparare. ut semper parati simus. non ad
inferendam uim. sed ad arcendam iniuriam. Aut si uim quoque
adhibere permittimur. non prede cupiditatis que gracia sed pro
imperio gloria que decertare. Maxime uero principibus conuenit
in militari disciplina instructos esse. nam eos quidem oportet
et pacis et belli artibus habundare. et posse exercitus ducere. et ipsos
corpore suo cum opus fuerit depugnare. quod ita esse debere alexander
qui magnus est cognominatus. aut facto sepe ita uerbis significabat
nam quociens de homeri uersibus cuius studiosissimus erat inter
amicos ut fit contencio incidisset qui nam esset ex omnibus elegancior
illum semper unum eximie preferebat. qui est de agamenone scriptus.
quod eundem deceat qui bonus est rex forte etiam esse pugnatorem. Ex-
tendum est igitur ab ipsa infancia corpus ad miliciam. et animus ad pa-
ciencia formandus. ac uelut equos solent. manu deducendus est

in stadium. ut per pulverem ac sudorem ferre facile solem. laborem que assuescat
Nam ut in arboribus teneres quidem ramusculos persepe videmus magnam
pomorum vim de se natam a primis floribus ad iustam magnitudinem perferre.
eo quod onere. et si plane quidem flecti minime tamen frangi. que nisi sensim
excrevissent. validiores quoque ramos appensum everteret. ita et homines
nisi a pueris primo ac deinde per omnes etates patientie laborum et animo
et corpore assuescant: si qua postea difficultas rerum immineat franguntur
protinus neque ferre vim adversam valent. Ad quod ipsum et magnorum le-
gislatorum quos vetustas celebrat minois et licurgi auctoritas monet.
Cretensium quidem enim ac lacedemoniorum leges laboribus erudiebant
iuventutem. non modo ad patientiam corporis. sed et ad continentiam animi
quos foris educandos exerceri in venationibus. ac per hoc currere. saltare
esurire. algere. estuare que iubebant. ut sic exercitatis uti facile ad mili-
tiam possent. Nam delicie quidem animos hominum corpora que dissolvunt.
labor vero confirmat. et indurat. Itaque nonnisi indurati laboribus
possunt. qui autem ita consueverint et animo et corpore utentur facile tum operibus
erunt ad pericula et difficultates omnes subeundas. quo in genere
neque ex veteribus neque ex nostris ullum exemplum illustrius proponere tibi
valeo: quam parentem tuum. libenter enim ut ipse vides maiorum tuorum
imagines tibi propono. easque crebro studes ad memoriam tuam revocare.
quam et est in illis quod magnifice sequi valeas. et domesticis exemplis
solent homines magis excitari. Nam ut gloriosum est. suos benefa-
ciendo vincere. ita turpe iudicari solet ab his quorum virtute honori
nobis ducimus. vita moribus que degenerare. Sed ad parentem tuum
redeo cuius cum innumere tribui laudes possint. ipse tamen de se nulla
re magis quam laborum patientia gloriari solet. Est enim id quod videmus
ita ad labores impiger et in periculis audax. ut nec molem corporis ferre
se ullam. aut esse mortalem genitum arbitrari videatur. Ex contemptu
namque laborum mortis quoque nascitur contemptus. et crescit audacia
qua ita ille intrepide queque difficilia aggreditur. ut nichil metuere
credendus sit. preter id forsitan unum. ne senem mori sibi contingat.
quod ratione optima sentire michi videtur. Spectanda est enim semper virtus
et ad facta preclara intendendus est animus. de vita non magnopere
curandum. quisquis enim mundanas res extimatione debita pensabit
facile cognoscet et fructus diu vivendi minores esse quam ut longa
vita expeti magnopere debeat et casus maiores. quam ut vel brevis
sperari possit. Decet igitur et honeste in pace viventem et in bello
fortiter facientem. cetera quidem equanimiter ferre. mortem vero
quandocumque advenerit placide admittere. plerumque etiam cum occasio aut
necessitas postulet illi occurrere. non enim timeri id oportet: ne
parum forte vixerimus. sed ne id ipsum quod vixerimus parum vixisse
videamur. Habet namque omnis etas. ut edere magnificum aliquid

possit. Scipio qui postea primus africanus est appellatus vix dum
sub patre pro patria adversus penos militans cum hanibal romanos
ad ticinum fudisset. patrem ipsum consulem. bellique ducem affectum
gravi vulnere: et ab hostibus circumventum periculo exemit. Sicque ex qua
pugna vix veteranis fugere contingit. Scipio id etatis consulem.
ducem. civem. et patrem nominibus pie quam fortiter faciendo serva-
vit. Cumulatamque et publico et privato merito laudem retulit.
Emilius quoque lepidus puer productus in pugnam eodem congressus
et hostem occidit et cives servavit. In cuius memoriam rei statua
illi pretextati et senatus consulto in capitolio posita est. ut et ceteri
exemplo accenderentur. et auctoritate publica in ea etate opibus suus
honos haberetur. Sed et tu quoque nisi tuas tibi laudes invideremus
utroque illorum minor ut eras natu apud brixiam nuper cum esses in
exercitu germanorum progredi ausus es in hostes armatus. quantum
ceterorum nemo militum offerre se sustinuit quo quidem facto nescio
quibus magis an hostibus admirationi. an vero civibus rubori fue-
ris. Ita igitur a primis annis instituendi sunt pueri. ut et audere
magna possint. et difficilia tolerare. Quid enim est illud de lace-
demoniorum pueris? Nam hi quidem de cura educationis eorum
plurimum apud veteres commendantur. Quos spiritus gignere mos ille
debuit quibus consuetum erat in concertatione equalium patientiam
tantam prestare. ut ni deiecti aut casu inter luctandum collapsi necari
se potius examinarique paterentur. quam victos fateri se vellent.
Quid enim mirum? nam et ad aram sic verberibus cedi solebant.
ut multis semper e corpore sanguis flueret. plerumque etiam spiritum
exalarent. Nemo tamen aut exclamavit unquam aut vix minimum
doloris signum edidit. Ita domi formata iuventus ea demum mili-
tie opera gerebat. quibus vetustatis omnis memoria plena est.
et quod audire eos aut a duce aut a patribus par erat. Cum in ho-
stes progressuri per blanditias monerentur a matribus ut aut
vivi arma referrent. aut mortui in armis referrentur. qui tradere
arma hosti aut ea abycere fugientes peius morte iudicabant
Igitur illi ut partes corporis et curabant ea et tuebantur. nec mirum si
se vivi in armis crebro spectandos exhibebant. qui etiam mortuis
fore ea sibi decori relata existimabant. Prestat autem consuetudo usus-
que deferendi. ut armis eque ac membris aut vestibus utantur.
nec videatur extrinsecus corpori onus adiectum. nam nisi ita fuissent
romane legiones longa assiduaque exercitatione institute. ab
exercendo enim exercitus dictus est. quonam pacto potuissent cum
pedibus agmen precedere. ac plerumque tantum arma primum deferre.
Vallum insuper. et si cuius rei ad quotidianum agentem usum. ac super hec
una sepe quindecim aut eo amplius dierum cibos omnis iumento

difficile. Qui ergo erunt aut armorum aut litterarum studiis dandi,
quandoquidem hec sunt liberalissime artium maximeque principales,
propterea que et maxime principes deceant, simul ac membris uti per
etatem licebit armis assuescere debebunt, discendi quoque primis litteris
tradendi erunt cum primum poterunt verba formare. Iamque ab inde
rerum illarum ac studiorum que sunt per vitam acturi debent quedam
quasi libamenta gustare talibusque exerceri rudimentis. Sed et
hec utraque ipsa simul exequi minime poterunt ut ceteras horas
ad exercitium corporis habeant et item certas litterario ludo deputent
ac non modo quidem pueros, filios et viros decet facere quod et Theodo-
sium principem facere solitum perhibent, ut die quidem aut exercitiis armis
aut de subditorum negotiis iure dicendo decerneret, nocte vero libris
ad lucernam incumberet. Ac de litterarum quidem studiis super satis quod visum
est diximus, reliqua prosequamur. Ea igitur exercitia suscipienda erunt
que bonam valitudinem saluent et robustiora membra reddant. In quo
erit uniuscuiusque naturalis dispositio diligenter attendenda. Nam qui sunt
habitudine corporis molli atque humida fortioribus exercitiis siccandi indu-
randique erunt, ceteri lenius. Et quibus sanguis facilis est inflammari
eos ardente sole quiescere convenit. Sed et etatis quoque humida ratio
ut usque in tempus pubertatis levioribus oneribus subiciantur ne vel
etatis nervus frangatur aut impediatur corporis augmentum. Post
pubertatem vero grauioribus laboribus edomandi erunt. Et impuberes quidem
magis ad intellectum decet erudire, hos vero ad mores, item illos ad
disciplinam curare, hos vero magis ad robur et valitudinem corporis.
Quantum autem sit momentum in exercitio extendis iuvenibus et que cura
adhibenda exemplo sit Marius, qui ut auctor est Plutarchus cum
esset senex et multa corporis mole gravis, vir tante belli gloria
per pacem tamen ut filium militaribus officiis atque actibus institueret
quotidie cum adolescentibus veniebat in campum et exercebatur una. Per
hec namque adumbrata certamina adversus pugnas audatiores
doctioresque perveniunt. Nam nisi esset utilis hec pugnandi disciplina
que per pacem atque in otio queritur, frustra non tamen P. Rutilius consul
armorum tractandorum disciplinam primus accipere milites voluisset,
qui doctoribus gladiorum urbe accitis meditationem hanc vitandi atque
inferendi ictus penetrare in castra iussit, ut miles non solum viribus
et audacia quibus antea solis nitebatur, sed etiam arte industriaque
valeret. Docendi sunt igitur iuvenes que in hunc usum pertinent, ut possent
hostem gladio quidem dextra ferire, sinistra vero brevi umbone se
tegere. Ensem, verum fustem, lanceam utrisque manibus tractare
et nunc quidem se effundere nunc vero denuo sub clipeum cogere, punctim
caesim quoque sine difficultate ferire. Exerceri quoque decet in cursu, saltu,
lucta ac pugillari certamine, iaculari quam longissime, recte sagittare.

/ vibrare sudes / saxa rotare · equos domare / eos que nunc ad cursum / aut
saltum adactos urgere calcaribus · nunc item flexis habenis / medio
cursu prevertere / et ita in utrumque se parare / ut et eques et pedes pugnare
quisque facile possit / Equitum vero occursibus / dum sese telis infestis
petunt / et audaciores fieri solet / et ad pugnam doctiores · cum et cuspidem
suam ubi intenderint · locare didicerit · et contra se vementem ictum
immotis lumbis perferre · armorum vero species quemadmodum et vestimento-
rum quotidie variat usus · Eam autem mutationem ita sectari oportebit
ut experiamur singula · meliora vero semper teneamus · Similiter autem et pugnan-
di consuetudines variari solent · Nam olim quidem temporibus priscorum he-
roum / curribus duces depugnare consueverunt · Postea vero apud ro-
manos maxime pauci equites / aut certe non multi / vis autem exercitus
pene tota in peditibus erat · Nunc nemo curribus omnes fere in equis
bellantur · Quod autem in usu est · si modo prestat servare convenit / et per cam-
pestres exercitationes assidue id meditari / ac denique oportet ad singula
certaminum genera per exercitatos venire · Nam aliter in tumultuaria pu-
gna agendum est / aliter cum tota decernitur acie / aliter quando geruntur manipulis
aliter cum duello confligitur · Nam plerique in acie fortissime visi sunt dimi-
care / qui cum essent ad singulare certamen provocati / animo viribusque
torpuerunt / Quippe discipline hoc genus quod per otium queritur longe impar
est ei / quod inter bellorum tumultus per indigentiam rerum omnium nervosque
teneros discitur · Itaque monebat Flaccus angustam amici pauperiem
pati robustus acri militia puer condiscat / et parthos feroces ve-
xet : eques metuendus hasta / vitamque sub divo et trepidis agat
in rebus · Sic enim ad illa maiora pervenietur / que fortiores bellorum
duces et usu et ratione consequi oportet / ut quibus exercitus artibus
ducendus sit exercitus / quibus locis castra statuenda sint / quo ordine
locande acies / qua quibus ratione prevenire hostium consilia possit
ac more belli insidias illis ponere / et ab his positas cavere / ho-
stilis exercitus milites distrahere / suos autem metu benivolentiaque
continere / nec militarem umquam remittere disciplinam / Ut enim virtus
militum / ducibus laudem parere solet · ita et illorum peccatum culpe plerumque
ascribitur ducis · Non eque huic vero ex beneficiis gloria / atque ex peccatis
ignominia nascitur / ipse omnia debet quecumque tempus habent predeliberata
exequi / nec ut in re nova aut subita tumultuari · Neque enim satis est
militum animi prestantia · cum ducis consilium labat / Milites vero ipsos optime
natura quidem fortes existere / bellandi que artibus instructos / animi
multum habere / armorum quod satis est / alimentorum vero non nisi quod neces-
sitati suppetat · Que igitur sint ducis que militis partes / quod equitis
quod ve peditis sit officium / usus atque experientia docebit / que profecto
ex re ipsa late refert / quo melius cognoscere liceat / quam aut voce pre-
cipi / aut ullis tradi litteris possint / tam et si extent de re militari

libri a magnis viris editi / qui ne utique tibi erunt negligendi. Sed
et machinarum quoque vim usumque nosse ducem oportet. Cuius rei so-
lertissimum esse tuum parentem vides / quo nescio an quisquam studio
maiore quesierit. Aut eius operis plura forte parat. Postremo
ut ab his rebus non aliena natandi quoque pericia adolescentibus
adhibenda est in qua et augustus Cesar nepotes suos / nam filios
quidem nullos suscepit. ita erudiri studuit. ut et ipse plerumque per se
doceret. Nam et magnis periculis liberare homines solet / et ad na-
vales pugnas transmissiones que fluminum audaciores reddit / Et in
hoc toto quidem genere rerum que ad militiam pertinent exempla habes
quos imitere germanos tuos maiores franciscum et Jacobum mag-
nimos viros et in armis late cognitos / omnique prudencia ac mo-
deratione insignes / quos te decet / ut semper facias omni fide ac pieta-
te colere / et ita illos probe imitari / ut minoribus et exemplo virtutis
et presidio ad casus esse valeas. optime quidem enim generis humani so-
cietas constabit. si sancta sint iura sanguinis / et erga superiores quidem
reverencia / ad inferiores vero humanitas cum paribus autem moderata facili-
tas que servabitur. Verum quoniam in opere non semper versari possimus / sed
oportet interdum laxamenti aliquid indulgeri. Huiuscemodi generi modum
rationemque prescribamus. Primum itaque preceptum est id quod potissimum / ut
nequis turpes ludos aut noxios suscipiat / nec nisi quantum aut ac-
uat industriam / aut corporis vires exerceat. Nam quod Scipio et
Lelius et interdum augur Sceuola qui fuit Lelii gener soliti sunt
dum animi remissionem captarent / in litoribus maris aut alveis fluminum
calculos conculas que lectitare / fiebat in his prorsus necessitate
quadam / nam non nisi fuerint magnis laboribus aut cum essent etate
iam provecta ad hec ipsa veniebant / sed laudabilior in hoc genere
forsitan idem Sceuola qui optime pila dicitur lusisse. quod scilicet forensibus
negociis et interpretandi civibus iuris labore fatigatus ad hoc
potissimum ocium recreandarum virium causa / confirmandarum que laterum
esse conferebat. Est eiusdem generis venationum aucupii piscati-
onum que cura / que et delectatione plurima afficiunt animum et vim mem-
brorum motu labore que confirmant. leniter austerum studio fallente
laborem / ut inquit Oratius / nam hec nisi tanta voluptate condi-
rentur / quis est qui sponte subire tantum laborem vellet aut perferre
illa vix posset / quamquam hoc ipsum Licurgi legibus studium erat non ocium
adolescentum. aut si hec forsitan graviora videbuntur / quando ut de studio
fessos levare possint / licebit aut prorsus quiescere aut leniter ad-
equitare / aut deambulare suaviter. Licebit etiam iocis invicem
ac salibus uti modestis. qui Lacedemoniorum per ocium mos erat /
quantum autem ferat ea res utilitatis in vita Licurgi perscriptum est. Sed
nec erit quidem indecens tantum fidibus quoque laxare animum / quod adere superius

est habita nobis mentio. Nam et pitagoreorum mos hic erat et fuit
quondam priscis heroibus celebre ut achillem Homerus inducat a
pugna redeuntem in hac re solitum acquiescere non quidem amatorias
cantiones sed virorum fortium laudes modulantem. Ita ergo per otium
poterimus aut ipsi facere. aut aliis facientibus inherere et eos modos
amplecti qui honestiores nobis temperatioresque videbuntur. Nam siculi
quidem modi ad remissionem animi magis faciunt et quietem. Gallici vero
contra ad excitationem et motum. Itali autem inter hos medium tenent
et item que pulsu et cantu fit melodia decentior est que non spiritu
atque ore nimis videtur ingenuis convenire. Sed ad sonos saltare
et muliebres ducere choreas indigne viro voluptates videri putant.
tamen et si sit in his rebus fructus aliquis. quoniam et corpus exercent. et
multam membris dexteritatem adiciunt. si non lascivos iuvenes red-
derent. eorumque mores bonos nimia vanitate corrumperent. Non
ita tabule ludus quoniam pugne speciem prefert hostilisque certaminis quem
palamedes troiano bello ut vetustissimi autores tradunt adinvenit.
ut vel hoc negotio milites occupatos teneret. ociosumque inertem et
seditionibus exercitum. Alee vero usus aut cupiditatem habet minime li-
beralem. aut indecentem viro molitiem. nam qui lucri causa id agunt
maioris questus negotia agerent commodius. qui vero voluptatis inde
venantur tardiusculi sunt qui aliud nichil putant invenire in quo ho-
nestius delectentur. In his igitur ludis delectari conveniet qui artibus aliquid
aut certe plurimum. casus vero quam minimum habeant. nisi forsitan ea non
putet quis arte vacare. de quibus rebus sit ratio levibus tradita. aut
maiestate motus autoris non putet indecorum facere de quo his de-
corum sibi scribere existimasset. Nam claudius cesar de alee ludo librum
edidit. In quo studio delectari solent. qui sunt in hoc unum diligentes ut
omnem spem negligant. certe ut uniusmodi vite tempus amittant. His autem
quibus litterarum studia voluptati sunt. varietas lectionis solatium affert.
novaque lectio veteris fastidium tollet. Interdum tamen et opus est prorsus
ut videtur nichil agere omnino que ope vacare. ut sufficere demum operi
labori que possimus. Nam qui semper intentissimus est nervus. nisi
remittatur. rumpi solet. tamen et si nullum est tempus laboriosius sapienti
quam quo nichil agit. si modo potest sapiens nichil agere. Quosdam autem
accepimus in hunc modum tempus distribuere solitos. ut per diem ac nocte
terciam partem somno permitterent. terciam refectionibus ac vacationi. reliquam
liberalibus studiis darent. quorum ego neque dampnare consuetudinem satis audeo.
neque probare penitus possum. id autem affirmare et possum et audeo.
cominus elabi nobis etatis. atque hoc nos diuturnis vivere. quo plus
temporis bonis studiis mancipamus. Illud vero de corporis cultu nunc
postremum attingimus. ut sit decens neque nimium exquisitus. neque
prorsus neglectus. sed cum rei loco temporique. tum maxime persone conveniat.

Neque enim sedem in literatoria scola coronatum aut subducta ueste que-
nit. aut in certamine armorum fluxa toga manuleatum ue prodire.
Nec uero principis filium eque cum plebeio uili sordidaque uti tunica
aut trita clamide se prebere spectandum. nimius autem cultus uanis-
tatis quam cura muliebrem animum designat. et multe uanitatis ar-
gumentum est. Indulgenda sunt tamen adolescentibus quedam. neque
omnia eorum peccata scelera sunt animaduersione punienda. nisi enim ex
parte aliqua iuuentutem expleuerint etatis illius uicia conferret
in senectutem. Hec et ego ad te ubertine scripsi ut sum in initio
pollicitus. non tam ut commonefacerem quid fieri a te oporteret. quam
ut teipsum ostenderem tibi. quod si naturam sequeris ducem. nichil
monitore opus habes ad summam uirtutem obtinendam. nisi enim
a teipso desistas. preclara de te omnia polliceri indoles tua uidetur.
Laudes autem si quas tribuere tibi sum uisus. ita a me uelim accipias.
ut magis illas calcar ad benefaciendum existimes quam benefactorum
premium esse. Admitte igitur summis uiribus te conuenit. ut eum prestes
uirum qui his tam generosis adolescentie tue principiis digne
respondeat. ne aut tu nature muneribus male usus. aut illa
in te tam egregia indoles mentita uideatur. ne ue ego si quid
mea causa tangeris. aut falsus de te uates aut uanus predicator
extiterim. Si probe itaque gesseris. habebis quidem ab omnibus
perennem laudem. a me uero etiam literis. si qua nobis eiusmodi
facultas erit. posteritati commendaberis. Si minus unus ero.
qui audeam plane dicere. idque palam fateri. nichil tibi nisi teipsum
uideri defuisse.

Explicit.


Clarissimi uiri Guarini Veronensis Ad Illustrem principem D. Leonellum Estensem de Assentatoribus et Amici differentia. Ex plutarcho Liber Incipit

latonem uirum doctissimum eundemque grauissimum et
philosophorum facile principem olim in siciliam idcirco nauigas-
se memorie proditum est leonelle princeps. ut dionisium
iuniorem excellentis per id tempus ingenij et spei singularis
adolescentem disciplina et bonis artibus erudiret ac institueret.
Intelligebat enim uir sapientissimus. ut cupiditatibus principum ac uicijs
solere ciuitates sic ornari et corrigi rectis eorum institutis et con-
tinentia. Posse igitur tum reliquos subditos. tum siculos uniuersos
bene instituti iuuenis exemplo aut ad probos mores uehementer
accendi. aut ad sanitatem pristinam reuocari. et felicitate cunctis
afferri. sane uoti compotem platonem et uirtus et sua reddidisset
industria. adeo magnificus uiri consilijs principia respondebant

nisi per per maiosa mox assentatoru conspiratio pinde ac iactis
generosis seminibus grando queda ingruisset. et germinantes iam
in orto fructus et quidem uberes suffocasset. Id aut ne pncipi-
bus et in excelso dignitatis fastigio ut tu positis officere ualeat.
si qui fortasse aut bonitate nature. aut amicoru suasu ad discipli-
nam ac uirtutem capessendam inuitabunt et anhelabunt. plutarchus
tum psidio adest. tu doctrina et magnaru reru scientia. tu prudentissime
recte uiuendi rone illustris homo et admirandus certe phus ipse
te et proniores ceteros per te et muniet et monebit et aduersus
truculentissimas bestias assentatores armabit. ut eoru detectis in-
sidijs. adulatorem. amicu dignoscentes. hunc quide benigne et sua-
uiter complectantur. illu acerbe ac inexorabiliter pulsent. et
abominentur. quoniam maxime nidu et receptaculu intra pote-
tum aulas constitui nouerit. Quasdam ab eo selectas arbitratu meo
sententias tuo nomine contexui ut nulla in parte Leonelli mei
quantu facultas datur desim ornamentis et reliquis in te studiola
mea prosint. Sic tibi grate habiture sunt. quia sicut eos preclara
uite institutione excitas animas et ad imitandu accendis. ita quo
doceantur et prudentiores euadant causam prebuisti. Eo aut libens
hoc onus uel tua gratia generose uir Leonelle suscepi. quoniam qui
accuratius et diligens ad insigniu uiroru uitas et res ipsor gestas
exponendas sit historicus probe nosti Nunc ope pcium est ut quantus
in fulminandis uicijs et uirtutibus propagandis phus emineat ipse
intelligas. quibus ex rebus non paruu uite mortaliu momentu
adducatur. tu historie quidem preceptis illius uero testibus et exemplis
rectius ac certius degende etatis cursus instruatur et corroboretur
Nunc ne prius nimis aberret oratio dice de amici et assentatoris
differentia iam aggrediar si prius pauca de huius ortu subiecero

Aximos 7 prestantissimos Explicit prohemiu incipit tractatus
ingenio uiros tum humana sepius et multu detrimenta cala-
mitates que recensent in eam tandem adduci sententia uideo. ut
eoru magna et pmulta ex assentatione perinde ac pestilenti quodam
fonte manare dicitent. que latius et diuitius ideo regnat quia amicitie
cultu subornata faciliorem sibi parat aditum. Proinde illius ortu cau-
sas qui considerantibus due potissimu uidentur offerri. intestina quidem
una extrinsecus altera. Prior siquidem sui ipsius amor nimius est
posterior uero hominu improbitas. quoru quoni in unu obscenitas conflata
est consensio pestifera illa exoritur assentatio. Cuiusque est qui nimiu
amare sese dicat hinc fortassis danda uidetur esse uenia propterea quoniam
generi humanu omni ab natura tributu sit. ut summet egregia in primis
caritatem gerat et beniuolentia attestante comico illo familiari tuo
Terentius Veru illud uerbu est uulgo quod dici solet. omnes sibi esse melius malle quam alteri

et heus p̄ximus sum egomet michi. Verū enīuero ita suipīus
amor concedendus est: ut ne sūma turpitudo sequatur. q̄ secū
multas trahat malicias. Vbi enī illa offuscat quis de se iudex
et integer fieri nemo pōt. Si quis amat: nisi ducem p̄us et
consiliariam honestatem assumat. et eam p̄us pluris q̄ res
suas facē didicerint et insuerit. cecū et fallax amati de re
iudiciū habeat nc̄cē est. Vnde enī tam lata minime q3 laborio-
sa prebet assentatori fenestra nisi q auditoris natiuis ē aīm
sese vehementer amātis: quasi opportunā p̄bentem ansam. q
dexteā porrecta ultro uenientem inuitat. Nam premimia rerum
suarū caritas id efficit. ut unusquisq3 sibi ipsi p̄mus et eximius
assentator factus exteriorem acceptet adulatōem: que sicuti
testem approbatōem q3 et optet et uelit. Cui assentatōnes
aucupatur tanta suipīus tenet indulgencia: ut oīa sibi adesse
bona et laudata tū uelit tum existimet. Cumq3 in rebus quorum
improbanda minime sit uoluntas existimacio laudari certe nō debet



Tractatus de nobilitate generis nuper editus per eloquentissimu͞ Bonacursium de monte magno

Apud maiores n͞ros sepe de nobilitate dubitatu͞ e͞ / Multi
quidez in felicitate generis / no͞nulli i͞ affluencia diuici-
arum / pleriqz u͞o in gl͞a v͞tutis / illaz e͞e arbitrati sunt /
que res cu͞m in pulcerrima videbatur et disputac͞one
dignissima / ac no͞ absolute poratz i͞ueneratz / statui ma͞dare l͞rīs
et in h͞c festiuu͞ decla͞ndi / genus deducere / in quo maxime vete-
rum etas delectabatur / Ubi ius contenc͞o florenciu͞ causaru͞ acco-
modate quidez et accuratissime tractari p͞t / Ad te v͞o p͞nceps glo-
riosissime uniu͞ seculi n͞ri lumen hanc de nobilitate co͞tenc͞o-
nem his paucis nu͞c noctibus lucubratam merito p͞tendaz exi-
stimaui / Nusq͞ e͞m quemetius / q͞ apud y claritudine͞ tua͞ no-
bilitatis sermo h͞ri p͞t / nec cuiq͞ magis / q͞ tibi accomodata hec
oro uidetur / qui oe͞z p͞fecto nobilitatis spec͞e͞ co͞plexus es / Naz
si de nobilitate generis / felicitate cimus / quis est hodie p͞nceps
inter fauces Italie / q͞ uel uetustate maioru͞ / ut p͞nu͞ gl͞a tuo
sanguine clarior uideri possit / Si de opulencia diuiciaru͞ q͞rim͞ /
Amplissi͞ est tibi p͞ncipatus / mirabili fide ciuiu͞ / et summa
eorum beniuolencia firmissimus / Si de animi u͞tute opina-
mur / tanty t͞ e͞ u͞tutu͞ om͞ cumulus / q͞tu͞ cuiq͞ a͞ius deside-
rare p͞t / quid e͞m de iusticia / religione / lib͞alitate / clemencia /
pietate / fide / constancia / modac͞one ac pudicicia tua proloquar
quibus clarissimu͞ p͞ncipatu͞ agis / que tante et tales su͞t ut
uelut amor et delicie humani generis uocari possint / Sicut
de Tito imperatore Vespesiani / filio traditu͞ e͞ / q͞bus de rebus
nouam hanc et iocundissimaz co͞tenc͞o͞nez fieri mansuetudi͞s
tue uendicande co͞ycio / latissime rerum maximaru͞ interpres
ac dignissime illustrium factorum censor

Etate illa florentissima qua uastum romanu͞ imperiu͞
adoleuit / Claruit senatorij ordinis uir q͞daz fulgenci͞
felix amplissimis opibus / honestate / antiquitate / ciuiu͞ gr͞a / for-
tunis q͞z oib͞s locupletissim͞ / qui ex uxore Claudia genita͞ exi-
mie pulcritudinis / Lucretiam habuit unicaz spem senectutis
sue / Nam sup͞ prestantis forme claritudinez qua o͞s roma-
nas virgines antecellebat / tanta erat in ea uite moderac͞o
tanta moru͞ honestas / tanta ius ingeny et l͞raru͞ erudic͞o
ut nichil sibi de e͞et de cuiusuis etatis animo fas e͞ opta-
re / Cuius itaqz ardenti amore sauciq͞ inter complures reli-
quos romane iuuentutis uehementius incalescebant adolesce͞-
tes duo / q͞bus par forma et etas / dispares u͞o fortuna et

mores Alter n q publius Cornelius appellat illustri ex fami-
lia corneliorum ortus omnibus pene fortune bonis affluebat
nam super generis claritudinem ingentes sibi opes erant / atque
his consentanee semper amicitie / clientele / familie / potenta-
tus. Huic uenandi / cantandi psallendi unicum pene studi-
um erat Alter uero Gaius flamineus uocatus remissiori genere
honestis uero parentibus originem traxerat / opes autem modera-
tas domesticam frugalitatem et ornatum rei familiaris medio-
criter habebat / nec quamquam fortune humiliores uidentur nil tamen
remissius agebant qui animo florerent claro atque illustri
Nam in officiis amicorum et patrie curiosissimus erat / bello ubi
opus uidebatur strenuus / litterarum uero solertissimus / ita ut neque
arma studiis / neque armis studia deerant Uite uero moderatione pru-
dentia atque facundia pollebat supra quam in adolescente credibile ui-
deretur / quibus egregiis uirtutibus rome clarus pollensque ha-
bebatur Hi cum semel una conuenissent fulgencium felicem ad-
ierunt / a quo ad modum comiter suscepti gnatam quisque lucretiam
uxorem petit / Prudentior senex ubi illam nubilis etatis ui-
det / filie / adolescentum causam exponit Et cum eius mores atque
ingenium animaduerteret Alterum ex his petere illam iubet Uir-
go primum prepudicata reluctans / cum denique diligencius pater im-
paret / paulisper se tacitam contulit | Denique ad genitorem quisquam
ex hys nobiliorem inquit pater tibi generum facio atque is ... sponsus
incomutabilis electus sit / quamobrem horta nunc adolescentes quo-
usque quis nam eorum nobilior esset / quoniam rei nouitas miranda ui-
debatur / cum magna frequentia patrum contentio in senatum deduca-
tur. ubi de nobilitate huiusmodi sunt rationes

Si ex nobis
lucrecia nobiliorem petit quis uirum est patres conscripti. qui
non apte intelligat publium Cornelium Scipionem. ex illustri cor-
neliorum sanguine genitum huiusmodi contencionis gloriam tulis-
se / nemo enim dubitat eam esse nobilitatem. quam ex illustri ori-
gine maiorum accepimus / illi enim eam posteris suis tamquam heredi-
tarium munus relinquunt ; Nam cum rebus clarissime gestis / di-
sciplina moribus uirtute gloria que illustrati in re publica fuerit. et
clarissimum nomen adepti et summos honores maximosque magi-
stratus consecuti / profecto ipsi suis artibus et rei publice munere
nobiles facti sunt / quorum etiam nobilitatis recordatione omnis
eorum posteritas decorata est ; Nam si ex sanguine et mentibus
ossibus atque visceribus nostris in lucem educamus liberos / quid
aliud dici possunt / nisi proprie nostrorum corporum partes Necesse est
igitur parentum gloriam in liberos tamquam in partes suas defundi

ac pater a liberis in omnem deinceps posteritatem. Hinc parentum imagines in ipsis liberorum vultibus quasi insitae atque ingenitae, tanta quidem aliquando corporum similitudine compositae sunt ut nihil pene dispar censeri possit, ita ut plerumque in illis parentes renati videantur. Adiciuntur vero nunquam mores vix liberorum simillimi et eadem pene ingenia, et corpore vitae cultus. Adiciuntur insuper continuae educationes, domesticae consuetudines, et assidua dictorum factorumque conversatio, quibus assuefacti alii exterorum animi alliciuntur. Quibus profecto rebus constat maximam consuetudinem naturam exercere in liberos vehementer vim suam imprimere, ita ut plerumque vitia maiorum posteritatem suam quadam cognatione deturpent. Virtutes vero mirabili quodam splendore decorent atque illustrent. Magna enim memorandi copia foret nisi longius oratio distraheret, eorum qui claris parentibus nati confestim omnino ipsi quoque nominati sunt. Quis enim honore patris Furii Camilli liberos non clarissimos iure iudicavit qui cum patria in hostium manus incidisset solus urbis incendium extinxit, solus rei publicae incolumitatem reparavit. Quis deinde reliquos quos aut Fabii aut Catones aut Emilii genuerunt non maxime dicet gloriosissimos, quorum virtute populus Romanus tot maximis triumphis totiens aut defensus est aut illustratus. Quis non iudicabit nostram rem publicam eorum maxime liberis debere, qui pro re publica tot ingentibus periculis vitam fortunasque omnes suas exposuerunt. Nam si eorum parentes bene de re publica meriti sunt maximosque illi honores ingentemque vero gloriam attulerunt, utique ingrata foret patria nisi illorum memoriam semper veluti celebrandissimam colerent. Itaque maiores nostri ne ingrati viderentur publicis sanxerunt legibus ut his qui vel domitis hostibus vel fusis exercitibus vel provinciis subactis victrici gloria in patriam redibant post felices triumphos quibus quasi dii immortales honore publice efferebantur sculptae imagines ponerentur pro rostris. Currus deinde triumphales constituerentur quibus eorum nomina sempiterna laude omnibus deinceps posteris paterent et egregiis titulis fierent memorandissima. Deinde currus illos atque illas imagines merito institutis diebus populus Romanus venerabatur. Et enim sculptilia ficto quodam artificio signa virorum illustrium dissimulabant. In his autem natura veras parentum imagines ostendit. Illi quidem inanimati lapides nunquam rei publicae prodesse possunt; horum vero vita imitatione maiorum multas afferre utilitates multis prodesse civibus. Multa etiam propulsare incommoda. His namque dantur tribunatus, consulatus, imperia, dictaturae, et omnes rei publicae magistratus. Et si qua rerum humanarum cura est postquam hinc exutis corporibus nobilissimi spiritus evolaverint, nihil his profecto beatius aut dulcius illorum animis afferri potest quam ut proprie eorum liberi reliquiae recordatione maiorum et maxime rei

publice muneribus imperijs qz ueniunt / Vidimus enim si qua sunt
uoluptatez hi qui ex hac decedunt uita / totam quidem ad liberos
esse conuersam / nichil enim sapiunt aut cogitant nec aio sese mori
arbitrantur si quando illi superstites sunt nec animos sese ab humanitate
derelictos si quando ipsi in humanitate quandaz suaz adhuc uiuentem
porcionem relinquunt / quibus de rebus si tantus est in liberis parentum amor
ut nullus maior in uotis mortalium cogitari possit / si tanta spes
est eorum in uita / in morte uero uoluptas / atqz etiaz post exitum uite
recordacio / manifestum esse constat maiorum meritis maxime eorum
liberis patriam debere / Illos preterea parentum gratia uenerari et colere
atqz eaz gratitudinez exercere in posteros quam non preterite in parentes
exercere potuit / Hoc est igitur summum nobilitatis genus maio-
rum suorum egregia facta dicere / posse illorum beneficijs petere hono
res publicos / posse gloriaz rei publice in sese quodaz iure uendica-
re posse nuper in sese partes ipsas corporis uocare / et clarissimas
in suis uultibus eorum imagines ostendere / hanc utiqz nobilitatez
ueram sibi uocant / quos enim alios nobiles appellat uulgus nisi
quos nobilissimi parentes genuerunt / deinde qui litteraz studio eruditi
sunt / nonne nobiles dicunt generosos qui insignes nobilitatis sunt /
Hanc preterea generis nobilitatem opum affluencia decorat
quibus familie ac domestici apparatus floridiores fiunt ex quibus
qz amicicie conseruantur nec ipsis caris quibus nec alieno presidio est
opus / suo quisqz arbitrio fauere et beneficere possit / Summum est enim
fastigium nobilitatis liberalitas / qua frustra in alios quis exer-
cere nititur cuius necessitati sua satis non sunt / necesse est igitur
qui uult esse liberalis / bonis fortune affluere / Tunc enim liberalitate
nobilitas clarescat fit qz plurimorum gratia ex beneficencia preterea
tor alias unus hic pulcerrimus splendor nobilitatis obscuratur
et desinit quandoqz quod nobilium sepenumero liberalis esse non possit /
quot enim doctissimi uiri inopia rerum despecti uilesqz habiti sunt
qui excelsa et generosa nobilitate necessitate rei familiaris
penes inculta deserta interire / quorum uirtus lucescere non
potuit expolita semper ad questus uite necessarios / Itaqz maxi
mum prestat adiumentum ad nobilitatis decorez affluencia bonorum
qua quid expolitius ad uirtutez animus effici prestantior et uita
ipsa clarior uideri possit / quibus de rebus si ingenere atqz in opi
bus nobilitas est / nemo uirum dubitabit patres conscripti quin
maximus huius urbis splendeat in me decor nobilitatis / Alter
enim maior / meis fortunis pro hac re publica pugnauit / qui maius in
orbe terrarum huic dicioni imperium subegit / quis celerius preda
cassium nostrorum calamitates ultras repulsauit / Alter enim dominis
Asie regibus extericqz nacionibus subactis eternum asiatici nomen

ad eptus ē. Alter uō constantem incendio animis italiaꝫ. ac pg
tanensem pugnaꝫ nobilem nr̄is calamitatibus urbem hanc
ipam ingemiscentem. Incredibili uirtute liberauit atqꝫ illud
exiciale incendiū brachine stirpis hanibalem tot uictoriis ex=
ultantem summa primū industria ab oris italie reuocauit. De=
miqꝫ armis reuersus patriaꝫ fulsit atqꝫ urbem illam Cartagi=
nem nr̄i semper imperij inimicissimam nō mō ab iniuria repres
sit, uerū etiaꝫ fortiter huic rei p. subegit unde postea merito
Africanū nomē institutū est, quid etiaꝫ scipionē suo qui pro ea
carthaginem ipam iterū reluctantēꝫ deleuit quasi reliqͥt hēdi
tariū. Pretereo reliquos quorū uirtute atqꝫ gloria ciuitas nr̄a
tociens decorata est, quorū sīn res clarissime gestas memorarē
uellem equidē ignorarē extenuari orōm. Illasqꝫ libencius ta
ceo qm̄ note sunt uobis. Cuius em̄ ē in hac urbe locꝰ maio
rum nr̄orū triumphalibus titulis uacuus, quod templū ē, qđ
nō ab illis iam directis spolijs reluceat. que delubra, que nō
illorū crebras et gloriosas imagines ostendant, et que tanta
et talia sunt nobilitatis monumēta, quanta et qualia cuiqꝫ
mortaliū fas ē optare. Est igit͛ in pp̄a nobilitatis possessio re
licta atqꝫ a maioribus meis q̄ hereditarie sunt ingenite illoꝝ
imagines. Nostros illi gestabant habitus hec facies in eorum
uultibus lucebat. Ego illorum sanguinem, illorū membra, atꝫ
illorū formas in hac compagine corporis refero, ego ab illis or
tus et in eorum diu laribus educatus, atqꝫ adultus moribꝰ, ac
naturaꝫ insitaꝫ eorū habeo nobilitatem. Si quid illis iure p tot
beneficijs patria debebat, in qꝫ ipsorū porcōm debebat necesse
est. Si in honores imperiū, si magistratus ultro exibenᵗ, erūt
merito in pp̄o quodam iure uendicata, nichil qꝫ gratius illoꝝ
animabus profecto celebrari pt, Deniqꝫ ad ordinatas diuiciaꝝ
opes diuiciarū tantus ē michi cumulus, a maioribus meis
relictus, quantū cuiusqꝫ animus desiderare queat. Sunt in p̄imū
paterni lares amplissimi et honoratissimi ut nec regalibꝰ ce
dant hedificijs. Est in suburbanū in tusculano amenitate pul
cerrimū. Sunt etiam campania in agrorum colonie opulentissi
me. quibus nō mō unius domus familia, sed ingens pene exer=
tus nutriri possit, familiares uō apparatus ac domestice sup=
pellectilis auro et ebore distincte om̄i pene, po, ro, cogn̄ita sunt
Est igitur procul dubio in tot felicitatē rerū dignitas. Illustre quoddā
ac clarissimū decus nobilitatis, ut neqꝫ in hac urbe om̄i pace
dixerim forte maior inueniri possit. Sileat itaqꝫ Flaminius
et in hoc certamine nobilitatis desinat petere lucreciaꝫ, nō mō
me genē et opibus inferior, sed ciuis pene nec origine sanꝰ

neq mx ubi agellum heat agnouit / Mea igitur uire nobilis
lucrecia est / que me flaminio nobiliorem ac sue pulcritudinis mi-
tis elegit / Tu uero sapientia dulcis lucrecia letare / non enim te maior
aut fortunatior sponsus optari poterat / quam me tui amancior
foret / aut cum quo felicius etatem ageres / Deducam te in amplis-
sima celsaque atria nostre domus / Videbis coniugales thoros quam regi-
as pulcritudines / feres ornamenta puellarum electissima qualia tu
ipsa optare poteris / nullus tibi erit popularium exercitacionum
labor / uitam dulci otio produces / neque somnum quotidianum
questus duro solicitudo excitabit / uiues liberaliter ut uoles io-
cantare / psallere uenari cari / uniuersum tibi studium erit / Habebis comites tuarum uolu-
ptatum uirgines ac pedisequas que singule notis tuis obtem-
perabunt / Nullus tibi dies uacuus preteribit / Noctes uero simul
felicissimas agemus que omnia flaminius cum illis ipse careat
ex inopia sua spondere non posset / quin imo tibi fuisset cum illo
uita omni miseria tristior / nam pro regiis edificiis / angusti la-
res exibentur / pro magnificis apparatibus / suppellectiles / po-
pulares / pro otio soliciudines / pro quiete labor / pro somno ui-
gilie / Nullus liber dies a laboribus quam immunis operum quoti-
dianarum esset / quis igitur dubitat Lucrecia quam me sponsum op-
tare uoluisti cum nobiliorem eligis nec hac tua sapientissima
electione aptius loqui potestas esset si Cornelium appellasses
caute aut et desiderio et pudicicie tue consuluisti / Nam cum
que puellari honestate puderet Cornelium dicere / me nobiliorem
uocasti imprudentissimum est aliud extimare / quis enim credet
te pro tranquilitate / soliciudinem / pro opulencia inopiam / pro
felicitate miseriam desiderare / Vos igitur patres conscripti pro
magnitudine senatorie dignitatis equam iam de his sentenciam dicite

Magna michi gratia est patres conscripti cum de nobilitate orationem
habiturus sum apud uos claros uiros nobilissimos dicere
Nulla enim tam nota alibi aut tam exercitata nobilitas est / Itaque
hoc mihi est iocundissimum / quod in tanta equitate animorum in tanta rerum
cognitione / in tanta frequencia uirtutis nil miniorum expectari / nil
obscurum dici / nichil denique inusitatum tractari potest / In hac uero
controuersia patres conscripti noua quedam / at uigilantius enim ten-
dum est quam in priuatis rebus ciuium est / Sed omnium pene gencium
atque omnium pene seculorum quasi spectata et eterna lex qui sanctis-
consulto simo quidem nostro senatus promulgabitur / Videtis enim preter consue-
tudinem maxime hodie in hoc iudicio totius populi romani expecta-
cionem / Videtis omnium ciuium et exterorum oculos in uos esse conuer-
sam / id non modo prouidendum est unde cuius iam nomen Lucrecia esse

debeat / Si quis nobilior iudicandus sit / Vos igitur ac virum lume
oro atque obtestor rei magnitudinem animaduertite quamquam in omni re iu
sticia preter seruanda sit / tum uero maxime consideranda cum de
summis ac spectatissimis rebus agitur / Michi autem queso p. c.
solito acrius oranti aut preter consuetudinem meam uirtutes
fortunasque meas comemoranti pro mansuetudine ac paciencia
ura indulgete / Non enim usitatum officium mi est de meipso predica
re · aut cuiquam male dicere · unum enim immoderati est animi / aliud
impatientis · Verum ad id primum me cohibet nouum hoc dicendi
genus · Deinde huius insolencia Cornelii parum honeste de
me antea loquentis cum tam modestiam meam uerbis lacessere li=
buerit / hoc mi eque adiumentum dedit / ut fortiter michi impu=
denciam suam componere liceat · Audistis patres conscripti nobilis=
sime Lucrecie sapientissimam contencionem / uti uirum nobiliorem ele=
git Vilis est itaque Cornelius / ut se nobiliorem faceret / in genere
atque in opibus adscribere nobilitatem / propterea maiorum suorum for=
cia facta predicauit ingentesque sibi opes a parentibus suis reli=
ctas late pateant / Hec tota eius oracio continuit / de se uero nil
comemorans / quem nil memoratu dignum uidebatur / uitam
moresque suos silencio preteriit / Ego uero non in aliena gloria aut in fluxis
fortune bonis / sed in propria uera que animi uirtute hominis nobi
litatem existimo · Nichil enim aliud est nobilitas / nisi excellencia
quedam qua digniora indignioribus prestant · Sicut igitur homo
animi prestancia dignior est reliquis animantibus ita quidem claritu
dine animi homo homini antecellit · Nam cum optimis artibus
diu exercitatus animus / iusticia / pietate / constancia · magnanimita
te / moderacione ac prudencia claruit / cum bene de diis immortali
bus / de parentibus / de amicis de cognatis / ac de re p. meruit
tum in sanctissimis literarum studiis educatus fuerit / tum profecto
preter ceteros / nobilis / pollens ~~ceteros~~ illustris et clarus habetur / quid
est Cornelius ipse cum de maioribus suis loqueretur paulo ante
dicebat / Contra uero cum pessimis artibus corruptus / ad nequiciam
crudelitatem / ad ignauiam · ac discordiam ad intemperanciam
ad iniusticiam se tradidit cum nulla fuerit rerum diuinarum cu
ra aut parentum pietas aut amicorum beniuolencia / utique apud omnes
miser ignobilis turpis abiectus uir iudicabitur / Constat igitur
ex sola animi uirtute ueram nobilitatem defluere / non ergo di
uiciarum cumulus aut amplitudo generis dare aut arripere
nobilitatem potest · Est enim propria sedes nobilitatis animus quem
imperatrix omnium natura / non ex maiorum peculiari hereditate / sed
ex fastigio illo diuinitatis ab origine quidem eque cunctis mor
talibus infudit statuitque illum quasi hominis uite principem

et velut quandam speculi lucem / cui si pulcras imagines ostendit
pulcerrimas quoque quid refert. Sin vero turpes / etiam turpiores ipse vide-
buntur. Sic itaque mortalium animus est purus quidam ac liber ad
suscipiendam nobilitatem quam ignobilitatem que dispositus nemo in hoc
optimo et prestantissimo munere humanitatis nunc largitorem accusare
potest. Equalem enim singulis hunc animum prebuit neque genus neque
potentiam / neque divitias animadvertit / Nec quisque itaque tam inops
tam vilis aut tam abiectus est ut ab initio nascendi non parentum
regum aut imperatorum filiis habeat animum qui non illum splendore
virtutis atque ideo nobilitatis gloria decorare possit / Num forte in
hac causa frequentissimis exemplis / quid dicam de his qui humili
loco parentibus que abiectis orti confestim clari nobiles que evaserunt
quorum in tanta ubertas affluit ad dicendum quod hic dies non satis vi-
deretur. attingam aut pre paucissima et primum nostre urbis adole-
scentiam. Marcus tullii ostilii nonne agreste tugurium habuit / cuius
parentes pene cogniti / nonne illi diu pascendi pecoris cura fuit / deinde
nonne tantum illi claruit ingenium / ut ad summum tunc huius urbis im-
perium perduxit. Hic etiam urbem amplificavit Velites et fide natos
patrie nostre inimicissimos populo romano subegit. Nonne Tullius quoque ser-
vilius in servitute natus atque adultus summum inde huius imperii fasti-
gium habuit / in quo tam egregie versatus est / ut et Sabinos subiceret /
triumphum ageret / et tres montes huic urbi adiungeret et dignitatem
in gratiam augere meritus fuerit. Marcus vero portius Cato a quo
porcie gentis proles cognomen atque originem traxit apud Tuscu-
lanum vicum agresti quidem tugurio natus est / huius tanta tamen
fuit in hac urbe dignitas / atque auctoritas ut omnes seculi sui pre-
stantes viros antecelleret profecto clarus / rei publice salutaris non minus
etiam litterarum quam milicie curiosissimus. Hic in tanta civium venera-
cione fuit / ut sapientia sua senatorum ordinem auxerit. et ipsam quoque
senatus maiestatem suo splendore decoravit. Nonne Marium
humi super crepidine iacentem a parentibus infimis pene sordidis-
simum ortum traxisse novimus. deinde tanta in eo probitas et virtus
floruit / ut in bello Jugurtino primum Metelli consulis questor fuerit,
deinde ipsi in consulatu successerit / in quo tam fortiter versatus est / ut Jugur-
tam ipsum et Bocum mauritanie regem qui auxilium Jugurte
tulerat primum victos fugaverit / deinde multa oppida Numidie
ceperit / tandem capto Jugurta per romam ante currum producto
ingenti gloria triumphavit / postea cum Cimbri copias roma-
norum dissiparent ita ut timor grandis rome haberetur quantus
urbi hanibalis tempore fuit / ne rursus galli urbem invaderent
iterum contra Cimbros Marius consul designatus est / et consulatus
etiam quia id bellum protrahebatur pluries est dilatatus / quibus

tandem victis ac disiectis in fine rome triumphum egit. Socratem
vero unicum decus humane sapientie / cuius doctrina omnis philosophia-
rum scole illustrate / quo nemo umquam mortalium doctior aut sapi-
entior apollinis oraculo iudicatus mater obstetrix et marmorius
pater genuit. Euripedes autem qui carmen tragicum elegantissimum
condidit / ac demostenes philosophorum illustris et oratorum grecorum elo-
quentissimus ambo parentes non modo viles / verum ignotos habuerunt.
Quis igitur ingenii compos tot illustrium virorum claritudinem sordidam
aut ignobilem dicere ausus erit / necesse enim est ut aut nusquam
mortalibus esse nobilitatem / aut illos omnium fuisse nobilissimos / quorum
ingenia vires industrie / et optimarum artium discipline non modo
preter ceteros noverunt / sed pene usque ad divinitatem produxerunt.
Neque tibi licet contradicere Corneli qui maioribus tuis ex his virtu-
tibus parem initium nobilitatis dedisti. Non itaque contrahitur ex genere
nobilitatis / verum exercitata animi virtute. alias numquam illi nobiles
fuissent appellati quorum ortus tam humilis tam tenuis compertus
est. Sicut nec contradicere possumus / multi enim clarissimis viris
geniti adeo flagitiose ac turpiter vixerunt / ut eos non modo illu-
stres verum obscuros vocari mirum sit / Referam primum maiorum
sordidas tuorum reliquias. Superioris affricani filius scipio nonne
paternam probitatem ignavia vita superavit / qui ab anthiochio rege cap-
tus turpissime supplex adiunctis manibus petivit vite spem ro-
gavit / hic et cum a populo romano non quidem suo / sed beneficio Cicerei qui prius
scriba fuerat preturam semel impetrasset / adeo propinquorum suorum favore
habuit ut nichil undique dolentius audierint. Et cum vererentur ne aliquo
flagicio dignitatem publicam labefactaret et ita Corneliorum familiam
pollueret / numquam illum ius dicere aut pretoriam sellam in publico ponere
passi sunt tantam sciebant in eo imprudenciam atque secordiam / publi-
us etiam Lucius Scipio bestia cum in numidia contra Jugurtam consula-
tum ageret / et qui regem Aderbalem et Jensalem reges quondam
Micipse filios amicissimos populo romano / in contemptum senatus inique
trucidaverat / sic ignave exercitum duxit / ut numquam copie nostre mise-
rius aut flagitiosius vixerint / Demum consul ipse a Jugurta pecu-
nia corruptus pacem cum eo fedissimam fecit / quam illico senatus re-
probavit et consulatu repente abdicatus est / quid hac ignominia
Corneli turpius aut detestabilius inveniri potuit / quid dicam de in-
pudicissimo adolescente quinti fabii maximi allobrogi filio qui cum vi-
tam miseram et petulantissimam ageret / non sibi profuit paterna
claritas qui sibi quintus pompeius pretor urbanus ad instar furi-
osi bonis interdiceret. Quid etiam de nepote quinti hortensii viri qui
civitate nostra auctoritate eloquentia clarissimus qui ad tantum vite dede-
cus luxu atque libidine deductus est ut medius in lupanaribus

et publice penes impudicicia prostituerit. Putas ne Corneli hos no-
biles esse appellandos. quorum vita p̄stanciis lumen nobilitatis extin-
xerunt / qd si hi maior suorum egregia facta p̄dicarent / quid si parentum ima-
gines ostenderent. aut domesticas educaciones commemorarent / an putas et
id quoque laudis eorum flagiciis afferre. Aut vero tu erectius dices turpi-
tudinem suam detecturos / eo p̄fecto culpabiliores quo virtutis exemplum
quod ante oculos habebant misere et nequiter deseruerunt / neque ullum
censeo meritum talibus liberis beneficiis parentum honesta in re p. debe-
ri quam illi ornamentum erant civitatis. hi vero turpissima labes rei p.
Illi quidem patrie honorem atque incolumitatem afferebant. hi vero de-
decus ac pericula civium conglutinabat. Illi etiam variis cladibus
conlacrimantem patriam aut dubiis quoque periculis nutantem virtute
atque industria libabant. hi vero pacatam ac requiescentem scelere
ac nequicia turbare evertere nitebantur. Qualia igitur sunt immoderata tali-
um hominum vita / num sanctius foret re p. huiusmodi civibus care-
re / num eorum etiam parentibus dulcius non gemuisse. si etiam ad
eorum aures talium liberorum nomen pervenirit. cum maxime in vita
patriam dilexerint. Illos quidem e societate mortalium delendos
et in ultimos cruciatus veluti pernitiosos et inutiles cives abiciē-
dos putarent. Multi iam in hac re p. scelerati liberi sentencie pa-
trum dampnati sunt cuius rei exemplum est primus vindex libertatis
Brutus qui conscios coniuracionis filios necari iussit. Item et Cassius
qui filium affectantem imperium / po. ro. / verberibus cesum necari man-
davit. Deinde Mallius torquatus civis vir clarissimus quod cum filius
eius. Decius Sillanus de pecuniis repetundis apud senatum accu-
saretur. solus cause cognicionem suscepit / postea comperto crimine ita de
filio pronunciavit. Cum Sillanum filium meum immeritum pecuniam
in provincia diripuisse constat / non iniuria paternis laribus et
ro. po. munere et omni civium societate indignum iudicem / Non
est igitur mos optimi patris flagiciosos liberos diligere verum abicere
et abhorrere / nullum ergo beneficiis patrumis illis imperia debetur / si quos
nulla meis remittet patrina virtus. Sicut enim splendor numquam in
obscura speculi facie relucet. ita neque in pernitiosis aut sceleratis li-
beris suorum virtus splendere potest / frustra igitur putas Corneli me-
orum gloriam in posteris hereditatem facere et nobilitatem quasi
peculium relinqui. Virtus enim ac virtutis socia nobilitas proprio labo-
re quiritur neque cum viciis constare potest. Omnes igitur iactancia
ista generis alienam laudem p̄dicant non suam. Et sanguinem carnem
et viscera posteri a maioribus claris accipiunt superbiaque illorum
vendicant nobilitatem cuius propria sedes est animus cuius nulla pars
posteris relinquitur. Denique si illos eruditi generosos notant utique re-
cte iniquunt si probi sunt / tunc enim similem generi vitam agunt

Qui caret arte bona vivere fraude putat
Moribus ut pueros informes arte secundum
Discipulos. artes moribus absque videant
Et iuvenis viciis virtutes inserere liber
Ne timeas pueros fuste domare tuo
Ne paciare malos lapsis tristire fremens
Quando recalcitrant utere calcar eis
Si quis indomitus faraonis corde potitur
Morbifera pecus peste carere velis
Frumenti modicum paste corrumpere mole
Ac solet immensos parvula flamma rogos
Nec minus ut discas facias pellendo venenum
Usque iuvat dominos ars bene rector suos

Discrete caveas ubi quemquam consulit ex quo
Disciplinam feceris ne furat ira nimis
Ne digitis baculum ferires ne feris ipse
Ni penam sceleris participare velis
Quantumque potes viciis prohibeto patri
Si facis hac etiam celica regna mereris
Qui datus heresi fac ne tua tecta subintret
Demone displiceat socius ille tibi
Fur taxillator patricius rixator adulter
Absint ut viciis hoc paciare frui
Usu si quis habet domino maledicere celi
Aut domus recedat aut refugabis eum
Si quis pre crenis natum maledixit usu
Seu pater hac illi ne paciare scelus
Maiores nunquam tolles violare minores
Extinguas strepitus prelia cunctis manu
Discipulos in pace tene: verecundia sterne
Est ubi pax studium pingue rudisque valet
Quantumque vagos poteris prohibere vagari
Rustica ne velis dicta vel acta pati
Moribus et studio laudabis hortare rogantes
Blanda verecundos sit tua lingua pius
Plene solvantes et munera grata ferentes
Cognoscas. doceas. auxilieris eis
Munera surripies plene laudare memento
Fac ne det frustra munera grata tibi
Nam rete quod sic faciunt addiscere querunt
Tales sunt digni laudis honoris opum
Instrue sollicita moneas generaliter omnes
Ut studeant. caveant et sapienter agant
Fac meliores hortatus eos bona quanta sequentur
Intima si repleant uberis artis ope
Permemores quam lux decus quantum gratia quam nox
Quantus apud mundum fructus apud que deum
Quis dolor exercens quod erit solamine cunctis
Si bene defendendo se pacienter agat
Plus quandoque valet quam verba tua verba
Attendunt cunctos ad meliora bonos
Premonitos facias si quo transmiseris illos
Laudent auctores ordo modusque suos
Nulli vicino prorsus paciare nocere
Plus prope vicinus quam procul orbe parens
Inter vicinos resonet bonum carmen de te
Hii prodesse valent: hii que nocere tibi
Si multos tecum ducas sociando ab illis
Ordine premoneas ut decenter eant
Fac talamos propria presencia sepe revisat
Ut videas quid agant plus quam socius erit
Moribus errare quos videris argue tute

Sepe pigros stimules· indoctos qz domes
Sint alieni gene tue tibi sis pr illis
A pria moti qui tua tecta petunt
Omnes sepe mone dos mādata timere
Atqz qd impensent de meliore uia
Nissas· sermones ut laici sac frequentes
Sepe ualet monitus ad meliora frequentes
Jeiunadarū pruitta lingua dietū
Sit tua disciplis psit ut illud eis
Dilige ceu natos· hortens dirige serua
Hospicio ne sint ulla pericla caue
Solicitudo frequens tibi sit ne ctpa tuorz
De subito casu damna dolenda fida
Jn talamo sapiens ubi indecis ee pictū
Candele phibe ne teneantur ibi
Vt deret hospiciū te mūdificare iubeto
Hospitis ē mundi mūca munda domus
Pulcra deret sedes cui qgit altra ingem
Disciplos qz docet ordine bancha suos
Omia qd uiv sis tua det decorabilis actio
Laudat actores ordo modusqz suos
Ecce sit postremū tdendo utilr arte
Quatuor hec tō postulat ee modus
Primo qtinues studiū dū tpa psent
Aut alios doceas aut tibi sepe legens
Fac t sis merita dignus mercede recepta
Ars tua te laudet ditet honore leuet
Exige sic facies mercede more uiculi
Nā mercede carens pena doleda labor
Ne spernas inopes quibus nō solue posse
Pro qbs archa dei munera multa dabit
Si qs in extrema sit paupertate grauatus
Jndue discipls hinc paupertati fcui
Premoneat ppeati tuos doctrina solacis
Qui sint i pplo lux tibi firma decus
Non igitur pigeat pondus suffic laboris
Ne sterat tempus cum uigilare petit
Desine tu studii te postulat hora uagari
Mus furit et ledit tu catus ubi abest
Ebrietas nō impediat nc crapula metr
Subdita corda gule uicia migrare mēnt
Jnte si qsqm dubites interroget ipm
Dulce satisfiat lingua suauis ei
Preterea doceas distincte cuncta legendo
Ordie si cupiat lingua placere nequit
Confusus sermo nō det plure tenebes
Absqz modo uigent tedia sermo perit

Nusqm uerba uiget nō intellcta docentis
Fenctificare negat semina spersa male
Aū quide qs lingua scelg docuntu semesint
Hos primo metens inuocet illa deum
Mrus acre tue in sit tua gra triste
Vt mea fructificet nomine ligua tuo
Posthec incipies suppssa uoce docere
Paulatim teneret lingua perita sonum
Quamcumqz potes dicens immobilis esto
Exterior uagitas cor nōt esse uagum
Nō tua mebra tibi sit instrumenta logndi
Nā soli lingue conuenit illud opus
Tercius ecce modus studeas t sepe legendo
Prudeas erret ne tua lingua docens
Ad fora stultus ceus stultus emeas et inde
Post non penitent q fuit ante cauens
Testibus atqz bonis rominbus esto paratus
Proficiat cemorū copia grata uiris
Cura scribendi nō desit cura legēdi
Lectio neglige scribe quido uiget
Quarto qtinuo latinus tempe uerbis
Hospicio cunctis omia cogē loqui
Nostre nūc claudat discretō lumina muse
Omne qd est nimiū tedia ferre solet
Iste liber merito sit uita scolastica dictus
Sit ihesu xpo gloria laus et honor
Hec Bonincōtrius de ripa nosce lector
Js qui composuit eterna date deus
Explicit

Vulnera mors clavi: crux lancea q toleām
Demrant qua in: miserorū cūcta lauī

Leonardi Aretini facundissimi libellus Basilij magni ad suos Nepotes de moribus e greco in latinum ad Coluciu virum clarum

Ego tibi hunc librum Coluci ex media ut aiunt grecia delegi ubi eiusdemodi rerum copia est et infinita pene multitudo / nec veritus sum ne abste ut parum liberalis ac sane ingratus accusarer si ex tanta habundancia hoc tam paruum munus ad te mitterem Neque enim id nunc ago / neque ita amens sum / ut existimem hac cautulare tuis summis erga me beneficijs satisfacere posse. Sed ut mercatores solent degustacionem aliquam rerum venalium accipere: quo facilius de illarum empcione deliberare queant. Sic ego cum cuperem pro tuis singularibus meritis summaque in me beniuolencia quicquid mea opera / labore industria efficere possim in te vnum conferre / hunc tibi librum transcripsi quasi degustacionem quandam studiorum meorum / que si tibi doctissimo homini probata esse sensero maiori cum fiducia deinceps aggrediar tuo grauissimo atque optimo iudicio confirmatus. Et iam non paruis munusculis sed maioribus tecum agam: quamquam id quod de muneris paruitate supra dixi / non ad librum ipsum sed ad conuertendi laborem referri volo. Nam et si liber per se breuis est tantum tamen ei ponderis addicit basilij nomen ut magnus putari debeat auctoritate scribentis / que quidem apud grecos tanta est / ut et seueritate vite et sanctimonia morum et preterea optimarum arcium studio sacrarumque litterarum doctrina ceteris ferme omnibus existimetur precellere. Sed cum sit permulti atque incliti libri / quos ille accuratissime scriptos reliquit Nos impresencia hunc potissimum delegimus / quia maxime eum conducere ad studia nostra arbitrati sumus / atque ideo libencius fecimus quia auctoritate tanti viri ignauiam ac peruersitatem eorum cupiebamus refringere / qui studia humanitatis vituperant ut ab hijs omnino abhorrendo censent / quod his contigit fere / qui ea tarditate ingenij sunt / ut nichil altum neque egregium valeant intueri / qui cum nullam partem humanitatis aspirare ipsi possint nec alios quidem id debere facere arbitrantur. Sed hos cum sua ignorancia relinquamus / neque enim digni sunt de quibus verba fiant. Et iam basilium audiamus in quo animaduerte queso quanta grauitas sit /

Multa sunt filij que hortantur me ad ea vobis consulenda que optima esse duco / queque vobis si illa sequimini profitura esse confido / quippe et huiusmodi etas et multarum rerum usus et insuper quod omnia maxime ducet in utramque partem mutaciones satis esse expertum / humanarum rerum me fecere peritum Itaque possum his qui vitam ingressi sunt quasi viam aliquam qua tutissime proficiscantur ostendere. Accedit ad hoc quod naturali necessitudine me post parentes nemo est vobis propinquior / quam-

obrem ego quidem erga vos non minus benivolentie habeo quam ipsi
parentes vos autem puto nisi forte me vestra mens fallit cum me intue
mini parentum desiderio haud quamquam moveri. Si igitur que a me
dicentur ea vos suscipere ac sequi parati estis in secundo eritis ordine
laudatorum apud hesiodum. Si minus ego sane nichil molestum dicam
Vos meministis carminum eorum in quibus ille poeta inquit optimum
illum esse qui per seipsum que agenda sint conspicaretur. Sequenti autem
gradu qui aliorum consilia sequeretur. qui vero ad neutrum horum
aptus esset, eum penitus esse inutilem. nec vos ulla admiracio teneat
si quottidie ad magistros euntibus vobis veterum que virorum et inge-
nio et doctrina prestancium per ea que illi scripta reliquerunt conti-
nuum usum et familiaritatem habentibus ego aliquid utilius ex
meipso invenisse profitear. Equidem hoc ipsum moniturus venio non
oportere vos eiusmodi viris ita mentis vestre gubernacula permit
tere | ut quacumque ducant ea sequamini. Sed id duntaxat quod uti-
litatem affert ab illis accipientes. Scire etiam si sit opus contemnere
que igitur ea sint et quemadmodum discernantur. id iam vobis ape-
riam hinc sumens inicium. Nos igitur o filii hanc humanam vitam
nichil omnino esse arbitramur. nec bonum quicquam existimandum cense-
mus neque appellandum quod utilitatem nobis huiusque suppeditet. Non
itaque dignitatem non amplitudinem maiorum / non corporis vires. / non
formam. non magnitudinem. non a cunctis hominibus habitos hono-
res | non ipsum imperium. non quicquid dici potest in hac vita excellens
Sed longius nostre precedunt spes et ad alterius vite preparacionem
cuncta molimur / que igitur ad hanc vitam conferant. ea nos totis vi-
ribus optanda querendaque esse arbitramur / que vero illuc usque per-
venire nequeunt ut nullius momenti despicienda que nam tamen ista
sit vita / et quo pacto illa vivatur / id sane ostendere plus negocij esset
quam nos in presencia suscepimus. Maiores etiam auditores quam vos ipsi
nunc estis ad percipiendum requirit hoc solum cum dixero satis
habunde vobis dixisse putabo. Si quis omnem post creatos homines
felicitatem mente concipiat / simulque in unum congerat universam / ne
parvam quidem partem illorum bonorum adequare comperiet | sed a mi-
nimo animo illius vite bono / omnia humana simul collecta magis ab-
esse quam umbram et somnum a veris rebus. Immo ut propriori utar
similitudine. quanto in omni re precosior est anima quam corpus / tanta
utriusque vite differencia est. Ad hanc porro vitam sacri ducunt sermones per
occulta nos erudientes / donec tamen profundum illorum sensum penetrare
nobis per etatem posse non licet. in alijs / non omnino diversis quasi in um
bris quibusdam speculisque oculos mentis exercere debemus eos imitantes
qui ad certamen se comparant / qui et saltu et motu manuum in ludo exer
citati callidiores deinceps in certamen descendunt. Et nobis profecto certamen

quoddam incumbere putandum est / et quod omnium certaminum maximum / cuius gratia cuncta tentanda sunt / et totis viribus incumbendum ad huiuscemodi rei preparacionem. Et poetis et oratoribus et scriptoribus ceteris omnibus denique hominibus inherendum. Unde nobis ad ingenii exercitacionem aliqua sit accessura utilitas. Veluti igitur hi qui tingunt cum primo quibusdam modis id quod colorem recepturum sit prepararunt / tandem postea florem subinducunt sive purpureum sive quemvis alium. Eodem nos itidem modo si ut indelebilis sit apud nos probitatis sentencia cupimus / cum his extraneis disciplinis fuerimus imbuti tunc sacris et occultis operam dabimus / et quasi solem in aqua prius videre assuefacti ad ipsam lucem dirigemus intuitum. Si qua igitur conveniencia utriusque sit / perutilis nobis erit talis cognicio. Si autem nulla sit / ea tamen ad invicem conferre / et in quo differant internoscere non parum nobis fructus prebebit ad pocioris confirmacionem. Sed qua similitudine utemur ad hanc rem ostendendam. Nempe ut plante propria virtus est fructum producere afferunt tamen aliquem ornatum et frondes ipse circa ramos diffuse. Ita profecto et anime precipuus quidem fructus est veritas / nec inamenum tamen est hac extranea circumdari sapiencia / que tanquam frondes quedam et fructui tegmen prebeat. et speciem intuentibus leciorem ostendat / hoc fecisse aiunt Moysem illum summa prudencia virum. cuius apud omnes gentes maximum est in sapiencia nomen. qui non prius ad dei contemplacionem accessit quam in egipciorum disciplinis mentem exercuisset / hec eadem ferunt de Daniele sapienti scilicet / cum apud Babilonios caldeorum sapienciam imbibisset / postea rerum divinarum attigisse doctrinam. Sed iam satis habunde demonstratum est non inutilem esse mentibus nostris hanc extraneam scienciam. Nunc vero quo pacto illa nobis accipienda sit dicendum videtur / primo igitur ut a poetis incipiam cum illi varii multiformes que sint / non in omnibus que ab ipsis dicuntur adhibenda est mens Sed cum excellencium virorum facta aut dicta commemorant tunc tota mente moveri atque inflammari debemus maximeque conari ut tales ipsi simus quales illi fuere. Cum vero improborum hominum mencionem inducunt fugienda est illorum imitacio auresque claudende non secus atque ipsi ferunt Ulixem ad sirenum cantus clausisse. Prave enim confabulaciones vie quedam sunt ad facinora quapropter omni diligencia curandum est / ne inter illam quam plerumque sermones habent festivitatem latenter aliquid admittamus mali ut hi qui venena melle permixta absorbent. Non igitur laudabimus poetas neque cum iurgia referunt / neque cum scurras / aut amantes / aut ebrios / aut dicaces imitantur neque cum divite mensa cantuque dissoluto felicitatem diffiniunt. Minime vero cum de diis aliquid dicunt et maxime cum de illis ita narrant quasi plures sint atque discordes. Nam

Moyses / cuius apud omnes maximum in sapiencia nomen

Daniel

Ulixes

apud eos / et frater in fratrem coniurat / et parentes filijs et filij paren-
tibus inferunt bella. Deorum vero adulteria atque amores et scelestos con-
cubitus. et eos maxime summi ac principis omnium ut ipsi asserunt Jovis
que nec de pecudibus quidem sine rubore quis diceret. His relinquemus
qui in scena versantur. Hec eadem dicenda sunt et de ceteris scriptori-
bus. et tunc maxime que cum ad voluptatem loquuntur Sed nec oratorum
artem in mentiendo imitabimur. neque enim in iudicio. neque usquam alibi
Mentiri nusquam decet mentiri nos decet. qui rectum ac verum iter vite eligimus / quibus inter-
dicta sunt iudicia legis precepto Sed tunc maxime oratores amplecte-
mur. cum aut virtutem extollunt aut vitia efulminant Ut enim
Apes ex floribus ceteri quidem nihil sumunt preter odorem atque colorem Apes
vero etiam mella inde sciunt excerpere. ita qui non solam festivitatem
librorum secuntur / fructum aliquem percipere possunt. Sed quoniam in apium
mentionem incidimus prosequamur hanc similitudinem. Ille enim nec
omnes pariter flores adeunt / nec si quos adeunt eos totos absumunt
sed eo solo ablato quod operi suo aptum sit / reliquum omne valere
sinunt. Et nos quoque si sapimus cum id exceperimus quod veritati
amicum atque consentaneum sit / cetera omnia transgrediemur / et
velut in rosis legendis sentes vitamus / ita quantum utiliter scriptum
est accipientes reliqua que possunt nocere declinabimus. Princi-
pio igitur disciplinarum quamlibet considerare oportet et ad finem di-
rigere Lapides ad filum dorico proverbio redigentes Et quoniam
ad hanc veram vitam per virtutem ascenditur. Virtus autem ipsa multum
a poetis multum ab historicis multo etiam magis a philozophis laudatur /
eorum verbis maxime est inherendum. Neque enim parum habet uti-
litatis consuetudo quedam et familiaritas virtutum mentibus iuve-
num animisque infusa cum maxime inherere soleant et pene inde-
lebilia esse que in tenera etate discuntur propter animorum mollitiem
profunde in usta Et quid aliud Esiodum voluisse putandum est cum
illa scripsit carmina que universi decantant Aspera inquit primo
et pene invia et sudoris continui et laborum plena est via que ad
virtutem ducit Quamobrem nec cuiuslibet est propter arduitatem illam
capessere / nec capessenti facile ad cacumen evadere / Sed ubi id supra
veneris eximio fastigio videre licet / ut via illa levis sit. et pulcra atque
expedita / et facilis / et longe iocundior / quam altera que ad vitia ducit
quam universam simul arripi posse ipse idem poeta testatur. Michi
quidem videtur nihil aliud / quam ut nos ad virtutem probitatemque adhor-
taretur ista dixisse. ne laboribus victi ante finem desisteremus. Sed
et si quis alius similiter virtutem laudarit. eius sermones promptissime
recipiemus. Ego autem e quodam viro qui ad investigandas poetarum
mentes acutissime habebatur audivi cum diceret totam Homeri
poesim / laudem esse virtutis. omnia que illius poete / huc tendere / nisi

si quid in eodum incadens sit · uerum in eo loco uel maxime id patere
cum fingit Cephalenorum ducem naufragio eiectum tantum abfuis-
se · ut illos quibus et solus et nudus apparuit uerecundia aliqua a-
uerteret / quoniam quidem pro uestibus uirtute illum dixit ornatum — q̄ uirtute h̄z b̄n uestitus est ·
ut primo regina eum uenerita sit / deinde reliqua fratrum multitudo
tanti putauit ut relictis epulis quibus comessabantur · unum illum
cuncti intuerentur · nullumque eorum esse qui eo tempore magis q̄t
q̄ a dyis immortalibus optaret · quam ulixem fieri quamque et nudum
et naufragum · Aiebat ille poetarum interpres hoc in loco · Home-
rum clara uoce clamare · O homines sit uobis cura uirtutis · que et — Pclare de virtute
cum naufrago simul enatat · et in littore nudum eiectum fortuna-
tis fratribus uenerabiliorem ostendit · Et profecto ita res est · Cete-
ra omnia non magis possidentium sunt / quam cuiusque · ut in talari
ludo huc et illuc transeuntia · Sola uirtutis et uiuenti et mortuo sta-
bilis est et firma possessio · qua ratione motus michi uidetur · Solon — Solon
cum inquit ad diuites · At nos non permutabimus cum uirtute diuitias
quoniam uirtus firma est / diuitias uero alias alius possidet · Similia his
sunt et a theognida dicta qui inquit deum quecunque tandem is sen-
serit uarie hominibus talentum appendere · Alio enim tempore diuiti-
is affluere / alio nichil possidere · Hec eadem fere aprodico zophista q̄-
dam in loco librorum suorum de uirtute et uiciis sapientissime scripta
sunt cui quidem prestande sunt aures / neque enim spernendus est ille uir
Is uero ita inquit · quantum ego memini Nam eius uerba non teneo · n̄
q̄ sine metro sic ait · Herculem cum adolescens esset uestre ferme eta- — De duplici via
tis diu secum multumque dubitasse · utram uiam caperet cum duas
uideret / unam uoluptatis · alteram uirtutis · Inter ambigendum autem
duas accessisse matronas / has uero esse et uirtutem et maliciam · Sta-
tim quidem igitur et si ille silerent manifestum fuisse diuersitatem
illarum · Uideri enim alteram accuratissime ornatam fluentem de- — De dupl
liciis / et omnium uoluptatum examen post se trahentem · Hanc itaque
omnia ostententem / et multa etiam plura pollicentem secum trahe-
re Herculem tentauisse · Alteram uero asperam et duram seuereque intuentem
talia econtra dixisse · Polliceri se / nec uoluptatem aliquam nec quietem ·
sed labores pericula sudores que infinitos terra marique tollerandos · pre-
mium autem illorum fore / ut ille aiebat / deum fieri / Et hanc demum
Herculem secutum fuisse dicit / et fere omnes / qui modo aliquid in philosophia
scripsere · ut quisque maxime potuit uirtutem laudarunt / quibus sa-
ne credendum est conandumque ut in uita nostra id ostendamus · Nam
quisquis ea que alii uerbis duntaxat philosophantur rebus ipsis affir-
mat · Is uere sapit / ceteri uero umbre uolitant · Nec secus ea res
se habet · quam si pictor egregiam uiri formam imitatus sit / hic
autem reuera talis existat qualem ille in tabula expressit · qui enim

qui enim uirtutem in cetu hominum laudant conplissimis que verbis
extollunt ipsi uero et libidinem temperancie et questum iusticie an-
tepo(n)unt. Hi mea sententia nichil differunt ab histrionibus qui qua(n)
poemata in scena agunt sepe ut reges / uel ut potentes prodeunt /
cum neque reges neque potentes neque omnino forsitan liberi. At qui
musicus quidem si id uitare ullomodo p(otes)t / nunquam patitur liram sibi
dissonare / neque chori princeps inconcinnum sibi chorum habere ipse
uero quispiam secum dissidebit neque uitam consentaneam verbis pre-
stabit. Sed euripide autore linguam quidem iurasse dicet mente(m) u(er)o
iniuratam mansisse / et bonum uideri / quam esse magis cupiet. At hic
e(st) ultimus iniurie terminus si quid credere oportet platoni bonum uide-
ri cum non sis / Ea igitur que de virtute scripta sunt ita ut dictu(m) est acci-
pienda censeo. Cum aut(em) preclara facta maiorum aut memorie suc-
cessione aut poetarum aut historicorum libris usque ad n(ost)ram etatem co(n)-
seruata sint / nec huiusquidem generis utilitatem negligemus. Vt cete-
pericles atheniensis cum eum quidam ex foro hominibus probris lace-
sisset / nichilo est irritatus neque animo commotus / sed p(er) uniuersaque diem
perseueratum est / cu(m) ille nullo maledicto abstineret / hic u(er)o tanqua(m)
ea res nichil ad se p(er)tineret contemneret / uespere aut(em) iam facto et te-
nebris exortis cum iurgator ille uix eo tempore abire uellet / pericles
famulo cum lumine accenso prosecutus est ipsum ut sibi quam longa
esset hec ad p(ro)priam exarcacio. Item quidam iratus Euclidi Megarensi
necem minaretur. id que se facturum esse iuramento firmaret. Euclides
contra iurauit se profecto illum placaturum / effecturum que ne sibi infen-
sus foret. Quare opere precium est aliquod huiuscemodi exemplu(m) sicut iz-
rere mentibus hominum iam ira efferuescentium. Tragedie enim nequ(m)-
quam est credendum dicenti. In inimicos armabit ira manus. Sed
potissimum esset nullo modo irasci. Si in id fieri non p(otes)t aut racionis
freno moderandum est / nec p(er)mittendum longius efferri. Sed reduca-
mus oracionem nostram / ad clarorum virorum exempla. pulsauit
Socrates quispiam Socratem Sofronici filium faciem eius petulantissime cede(n)s
Socrates u(er)o non repugnauit / sed illius petulancie ac ire se permisit
donec ei uultus vndique tuber fieret / Verum ubi ira illius saciata e(st)
Socrates quidem nichil aliud egit. nisi quod fronti sue inscripsit percusso-
ris nomen / quemadmodum statuis fieri solet. Ille inquit hoc opus
effecit / nec ulterius ulcisci perrexit. hec que nostris similia sunt p(ro)digna
esse imitacione duco. hoc enim Socraticum illo n(ost)ro conuenit / quod monet /
ut percucienti maxillam unam. alteram porrigamus / tantum abest / ut ulci-
scamur. Id aut(em) periclis aut Euclidis simile est illi quo monemur p(er)se-
quentes expectare et benigne iras illorum tollerare et inimicis bo-
na precari / non autem maledicere. Nam qui in illis erit pre ceteris eruditus
is postea preceptis nostris acquiescet / nec quasi impossibilia sic asper-

nabitur. Haud sane p̄tereundum est Alexandri regis memorabile factū qui cum Darij filias in captiuis haberet mirum in modum ut ab omībꝫ pre dicabatur formosas, nec uidere quidem uoluit / turpe esse ratus eos q̄ vi ros vicissent a mulieribus superari. Hoc illi n̄ro conuenit q̄ aspiciens mulierem ad uoluptatem, et si rem nō consumet, tam̄ quia id concipi uit in corde suo crimine non caret / Illud aūt Elinie pitagore familiaris difficile est credere non dedita opera, sed fortuito n̄ris conuenire qui cum posset trium talentorum dampnum iureiurando sibi delato effugere soluere quidem maluit quam iurare / quāuīs sine periurio id facere liceret. Audierat ille ut michi quidem uidetur preceptum domini iuramenta vi tantis. Sed redeo ad id quod in principio dicebam. Non omnia nobis reci pienda sunt / sed tantum utilia. Et enim cum eos cibos qui obesse possūt corpori / diligenter uitemus, absurdissimū est disciplinarū quibus animus alitur racionem nullam habere, sed tanquam torrens aliquis quecumq̄ forte obtulerit sine delectu immergere. Et cum gubnator non temere nauē uentis p̄mittat / sed ad portum dirigat / et sagittarius ad signū / et faber et architectus finem aliquem sue artis respiciat / nos ab eiusmodi opificibus in cognoscendis rebus nostris superari / neq̄ eīn manualium operū finis aliquis est. Vite aūt humane finis est nullus / quem intueantur hi qui bene viuere querunt. q̄ si nulla racione huc atq̄ illuc in vita iactaremur quid inter nos atq̄ rates gubernaculis carentes interesset / uerum ut in musicis gimnasicisq̄ certaminibus eorumdem sunt exercitaciones quorum et premia / nec ullus cum se palestra aut pancracio exercuisset, lira deinde aut tibia certat / Neq̄ eīn polidamas id agebat / nec milon / sed alter an olimpicum certamen curus sistebat, nec depelli ab eo ulla ui poterat. Sꝫ resistebat non secus ac statua quedam plumbo affixa / q̄ si Marsie aut olimpi musicam essent meditati relicto puluere atq̄ gimnasio serto coro nas aut gloriam assecuti essent / aut effugissent ne corpora sua derisui haberentur. Sed nec thimotheus relicta musica sua in luctaminibꝫ uersaba tur / neq̄ eīn assecutus fuisset ut cunctis musicis longe antecelleret cu cui tantum superat artis / ut quociens libuisset animos hoīm et uehe menti armonia accenderet / ut rursus molli ac placida leniret / quippe cum aliquando in Alexandri conuiuio cum cantum quem frigium appellant modularetur / usq̄ adeo regem excitasse dicitur / ut ad arma capienda pro siliret / atq̄ iterum ad comessatores epulasq̄ reduxisse modulacione mu tata / tantas vires habet in musicis gimnicis q̄ certaminibus ad finem suum directa exercitacio. Sed quoniam in coronarium atq̄ pugilū men cionem incidimus psequamur aliquantisper in ea re / porro illi quadā incredibili laborum tollerantia uires adepti cum infinitis sudoribꝫ in gimnasio manarunt uictum aūt non uoluptarium neq̄ iocundū / sed quem mḡr ludi p̄scripsit uictitarint / et in ceteris omnibus ne oracionem protraham ita instituti sint ut uita ante c̄tamen acta meditacō fuerit

Alexander

Vtilia eligē debem̄

Polidamus fortissi̅

Thimotheus musicus

etiam nimo / tandem se nudant in stadio et summo labore ac periculo decertant
ut oleastri / aut apii aut eiusmodi corona donentur victores et a precone
buccinentur. Nos vero quibus vite nostre premia adeo mirabilia proposita
sunt. ut nec magnitudo eorum dici possit / nec multitudo numerari in utramque
aurem securi dormientes altera manu carpere posse credemus permulti
sane esset inertia. Et Sardanapalus ille primas omnium partes in beati-
tudine ferret / vel margites forte / quem neque aratorem / neque fossorem / neque
cuiusquam rei actorem fuisse homerus ait / si utique homero credendum est poti-
us quam pittaco / qui inquit arduum esse bonum existere. Multis enim labo-
ribus susceptis vix eorum bonorum compos fieri contingit / quorum nichil
in hac vita esse simile paulo ante dicebamus / Non igitur desidendum est
nobis / nec pro brevi voluptate maxime spes abiciende nisi velimus et con-
vicia pati / et penas subire / non hic apud homines quamquam ne hoc quidem
parvum recte sentienti. Sed aut subterra aut ubicumque sint illa iudicia
Nam qui non ex voluntate delinquit / is forte aliqua dignabitur ve-
nia qui aut ex proposito peiora eligit / nullam habet excusationem quin multi-
plici pena afficiatur / quid igitur faciendum est dicet quispiam / quid
aliud quam curam anime habendam ceteris omnibus pro nichilo habitis. Non
ergo corpori serviendum nisi quantum summa cogit necessitas. Sed ani-
ma bonis artibus imbuenda et ex corporum vinculis ac passionum societa-
te per philosophiam eximenda. Illud preterea efficiendum est / ut corpus labo-
rum pacientissimum sit. Ventri autem non ad voluptatem / sed ad susten-
tacionem porrigendum. Nam qui semper cenas atque coquos mente agi-
tant epularum que gratia terras maria que perscrutantur / miserabili admo-
dum servitute premuntur et gravissimo domino tributa pendunt / nichil
pacientes levius / quam hi qui apud inferos penas dant. vere igne di-
videntes / et cribro aquam ferentes / et perforatum vas implere hanelantes
nullum finem laborum habentes. Tonderi autem aut amiciri ultra quam
necessitas sit / aut miserorum est secundum diogenem aut iniuriorum. Itaque
occupatum esse in corporis ornatu non minus turpe ducendum arbitror
quam aut pellicem esse aut adulterum / quid enim refert homini gna-
vo xestide amiciatur an vili aliqua veste / dummodo corpus ab intemperie tu-
teatur / quod et in ceteris observandum est / ne quid supervacue moliamur
nec plus corpori tribuamus quam anime comodum sit / neque enim minus
turpe est viro qui vere hoc cognomine dignus existat nimiam corporis curam
habere / quam ad aliam quamvis passionem effeminatum esse / omne porro
studium ponere / ut corpori quam optime sit / hominis est seipsum ignoran-
tis. nec intelligentis sapientis dictum illud / quod non id quod cernitur est homo Sed
opus est maiori sapiencia ut quisque nostrum quid tandem ipse sit possit
agnoscere Verum enimvero id assequi non expiata prius mente / impos-
sibilius est quam lippis oculis solem perspicere; Expiacio autem anime sit
ut esse breviter simul ut habunde vobis dicam per contemptum carum

quas nobis sensus porrigunt voluptatum. Non igitur oculi pascendi
sunt absurdis spectaculorum miraculis. non aspectu corporum stimulos re
linquentium. Non pravus sonus infundendus qui animam corrumpere
possit. nam et nequitia et ignavia ex huiusmodi musica gigni solet
sed ea musica recipienda est qua usus david poeta sacrorum carminum
regem ut ferunt ab insania liberavit. pitagoras etiam cum iuvenibus
quibusdam vino, sertis, saltuque per civitatem lascivientibus obviaret ius
sisse dicitur ei qui modos tibia faciebat ut mutata armonia dorium
personaret quod ubi factum est bachantes illos adeo resipuisse ferunt ut
serta abicerent et rubore vultus verecundiam confessi domum abirent tantum
interest corrupta an salubri musica impleare quamobrem ab hac quidem
musica que nunc in usu est non secus adhorrendum nobis censeo quam
a quavis feditate. Iam enim eos vapores qui odoratum delectent aeri
miscere aut unguentis perungi et interdicere nobis erubesco. quid di
cendum est de his voluptatibus que gustu atque tactu fiunt. An dubitan
dum quin ille quoque eiusmodi sint ut nisi quis eas caveat ventri ac fe
minis servire nos veluti pecora compellant. Denique ut summatim dicam
universum corpus despiciendum est nisi in luto voluptatum velimus sub
mergi aut certe tantum ei indulgendum ut philosophie ut inquit plato mini
sterium patrare prestare possit. Eadem ferme platonem et paulus monet — De voluptate
dum ait non oportere nos prudenciam aliquam corporis habere ad volup
tates. nam hi qui corpus optime curant animam vero que eius servitio
uti debet negligunt nichil ab his differunt qui ut organa quam opti
ma habeant summo studio conquirunt Artem vero cuius gratia illa orga
na ad quam optima habeant sunt comparata despiciunt. prorsus igitur
contra servandum est. Nam castigare corpus et compescere eius impe
tus ut maniem quandam beluam oportet et eiusdem adversus animam
motus temerarios racionis habena cohibere atque sedare non autem
frena voluptatum remittere et anime curam abicere et insciar auri
ge violenciam equorum tracti deferri nec pitagore meminisse qui cum — Pithagoras
intelligeret quendam ex familiaribus suis cibis exercitacionibus que ut pin
guis fieret curare hic inquit non cessat molestiorem sibi carcerem instru
ere quod genus molestie cum suspicaretur plato corpori suo impendere
Achademiam insalubrem Attice locum ferunt ex industria delegisse que
ut plusquam bona habitudo corporis ceu vitis nimia luxuries ob ea
rem amputaretur. Ipse quoque iam audivi ex medico summam corporis
valitudinem periculosam esse. Cum igitur hec nimia indulgencia et
ipsi corpori inutilis fit et anime impedimentum afferat in ea re stu
dium ponere manifestissima est insania quod si corpus contempnere
assuefacti essemus parum cetera huius vite admiraremur quid
enim tibi opus esset diviciis si voluptates corporis aspernarere. Ego
non video nisi forte quem iuvaret ut in fabulis de draconibus fertur

reconditos thesauros uigilando custodire qui aut ad hec contemnenda
ingenue eruditus esset plurimum ab omni facinore et verbo et opere ab-
horreret / et quicquid ultra sufficienciam foret siue id lidia gleba esset siue
formicarum auriferarum opus / tanto magis despiceret quanto minus
indigeret Sufficiencia aut ipsa non libidine uoluptatum / sed nature
necessitate diffinienda est. Nam qui excedunt necessitatis terminos sites
sunt his. qui precipites deferuntur nichil stabile inuenientes ubi possit
consistere nullum terminum precipitacionis habentes. Sed quanto plura
amplectuntur. tantundem aut etiam pluris indigent ad uoluptates im-
plendas / Diuiciarum enim ut ait Solon nullus est terminus / uerum ad
eam rem theognide magistro utendum est qui ita inquit. Neque diuicias
cupio / neque uoto precor. Sed michi contingat ex paruo uitam agere omni
diogenes carentem molestia. Porro non sine beniuolencia quadam michi in mentem
uenit. diogenis humana omnia simul contempnentis / qui magno rege
diciorem se predicabat quod ipse uidelicet paucorum indigeret / At nobis
nisi pithie / nisi adsint talenta et infinita soli iugera et numerosa armen-
torum examina / nichil sat erit oportet aut ut ego quidem arbitror / nec
absentes diuicias optare nec presentibus gloriari / nisi quatenus sciat uti. Sa-
pienter enim Socrates qui cum uideret hominem diuiciis affluentem ea
que de causa fastidio quodam gloriabundum uadere. Non prius inquit
te admirabor quam notum michi fuerit quo pacto scias uti fortunis
tuis An uero phidias polecletusque si auro aut ebore gloriati essent ex
quibus alter helensibus iouem / alter iunonem argiuis effinxit ridi-
culi haberentur aliena bona sibi putantes glorie fore: propriam vero
artem qua illud in aurum preciosius factum est silencio preterentes Nos
aut humanam virtutem non satis decoris ipsam per se habere arbi-
trantes minori reprehensione dignos esse putabimus At diuicias quidem
contemnemus et uoluptatem despiciemus Verum blandicias et adu-
laciones sectabimur et archilochee wlpis calliditate multiplicitateque
gaudebimus At nichil est quod eque fugere debeat sapiens quam ad
ostentacionem viuere / et populares aures sequi / non aut ueram racio-
nem usque adeo ducem viuendi habere / ut etiam si omnes homines re-
Vita recte instituta non est mutanda ad aliorum reclamationem clament nichil mutet eorum que recte instituerat / etiam si infamiam
uel pericula subire pro recte factis necesse sit / nam qui aliter institu-
tus / is nichil differre videtur ab egipcio zophista. qui et arbor fiebat
et aqua et fera / et quicquid liberet Si quid ipse quoque laudabit iusti-
ciam. si id placere audientibus intelliget modo eam vituperabit / si
his apud quos loquitur iniurias esse gratas cognoscet / et quod proprie
assentatorum est. ut polipus ad speciem subiecti soli colorem mutat
ita et ipse ad uoluptatem audiencium uariabit sentenciam. Sed hec
in nostris libris addiscemus perfectius / In presencia vero umbram aliquam
virtutis describimus / et his extraneis doctrinis / qui enim diligenter

H

e quamuis re cogunt utilitatem · et si minutatim id agant · tamen ut magna
flumina multa ex multis locis accipiunt maremata · Nam id quod inquit
poeta Si paruum paruo superaddis id quod frequenter facias non ad pecu
nie duntaxat argumentum recte dictum fuisse putandum est / Sed ad
cuiuslibet sciencie · Bias quidem igitur unus e septem sapientibus filio — Sapiens Bias
suo ad egyptios proficiscenti roganti que patrem quidnam agendo ma
xime sibi gratum faceret Ut viaticum inquit ad senectutem compares
virtutem nimirum pro viatico intelligens · Sed arctioribus terminis
illam circumscribens / utpote qui eius utilitatem humane vite
spacio diffiniunt · Ego autem sine quibus Titoni senectutem sine vivacis
simum apud nos Mathusalem qui mille annos minus triginta
dicitur vixisse · Si denique universum tempus ex quo fuerunt homines
meciatur / video puerilem eius sentenciam contemplans longum et
insenescibile seculum / quod quidem tale est ut quemadmodum immor
talis anime ita etiam illius seculi nullum finem mens possit concipere
Ad quod ut viaticum paremus omnis lapis ut dicunt movendus est
unde aliqua utilitas ad eam rem sit nobis futura · Non igitur quia
ardua sunt hec et laboriosa idcirco torpescemus / sed memores illius
sentencie oportere videlicet unumquemque vitam probatissimam eli
gere · Expectare autem ut consuetudo faciat illam iocundam atque dul
cem videri / ea sequi aggrediemur · Turpe est enim cum tempus per
secordiam abierit tunc demum illud revocare / cum preter dolorem
nichil sit amplius revocanti redituri · Ea igitur que optima esse
rebar partim nunc vos admonui / partim omni vite tempore admone
bo · Vos autem cum tria sint morborum genera · utinam ne vos ei si
miles prestetis quod insanabile est / neu ita mente egrotetis ut plerique
solent corpore egrotare · Nam hi qui parua in ualitudine anguntur
ipsi proficiscuntur ad medicos · qui vero graviori morbo premuntur ad se
curantes accersiunt · At hi qui in atram bilem insanabiliter transuecti
sunt ne venientes quidem medicos recipiunt / quod vos non paciamini
nunc recta consilia aspernantes etc. Deo gracias.

Certe nichil tam nocet homini quam mala societas · talis enim efficitur homo qualium societate
fruitur · Nunquam cum agno lupus habitat · vir castus certe luxuriosi societatem aufugit
Plerosque in pugle puto virum diuicias in bonis permanere qui malorum conuersatione utitur
Cum sancto psalmista cantans non fecit sanctus eris · et cum viro innocente innocens eris
et cum electo electus eris · et cum peruerso peruerteris · Sic enim mala nocet conuersacio · ita bona
prodest · Nullus potest huic comparari thesaurus qui bonam invenit societatem · uitam inuenit ·
diuiciis affluit · certe vere dictum prauorum homo ut bonus ut malus efficitur nisi ob
societatis causam · pueri cor tanquam tabula in qua nichil pictum est fore dicitur · Illud enim quod
a societate recipit usque ad senectam retinet · siue malum siue bonum sit · Iuuenum
enim etas prona est ad peccandum at nisi maiorum exemplis auctoritate que contineatur facile se
in deteriora prolabitur · Raro cum iuuene iuuenis habitet · ita ignis si apponitur igni calorem
non extinguit sed enutrit · Semper vir quem delectat sapiencia se maiori etate et sapiencia
socius existat · Alioquin si sibi simili societur de stulticia in stulticiam delabetur ·

…ector et magister reuerende Sitis hodie
Studii cōmunn mgrōrū ad instituendū
…tum domus et fiscariū · Sub pena nō
…bus promotis et Collegiatis

... Cracovien. et Poznanien. Epis. ... et universis ... in spiritualibus vicariis et officialibus generalibus ... vel ad quos ...

... de Sede gra. Cracovien. et Poznanien. Ecclesiarum, ac illi vel illis ad quem vel ad quos ... in presente ... singulisque

... capitulis singulisque canonicis et personis Cracovien. et Poznanien. ecclesiarum ... communiter vel divisim ... in ...

... vel officium in cathedrali vel collegiata ecclesiarum ... dignitate

Benedictus Hesse de Cra

... quibuscumque nominibus censeantur aut quacumque prefulgeant dignitate Salutem in domino et ... fidem indubiam adhibere ... more Romane

... infrascripta a Sede apostolica ... deputatus ... pape ... eius vera bulla plumbea in cordula canapis more Romane ...

... domini nostri domini Eugenij divina providentia pape quarti ... per discretum Georgium Georgij ... de ... clericum ...

Eugenius Eps servus servorum

... et ... nobis per discretum Georgium ... sub tenore ... ad propria virtutum merita laudabiliter

... recepisse noveritis ... Sedes apostolica ... quibus ... probitatis et virtutum merita ...

... desiderat ... reddat Sedes apostolica ... honestate aliisque probitatis et virtutum meritis ...

... pro eodem Georgio ... nobis de vita et moribus honestate aliisque ... supplicante favore prosequi ... discretioni

... super quo ... super hoc humiliter supplicante favore prosequi ... canonicatu et

... proventus decem et octo marcarum argenti secundum ... communem ... annuum non excedunt ... vestra

... scolastrie cantorie custodiarum et capitulorum singulorumque canonicorum et ... Cracovien. et Poznanien. ecclesiarum

... dispositioni communiter vel divisim pertinens ... clericali caractere

... mensis spatium postquam sibi vel procuratori suo vacatio illius innotuerit duxerit acceptandum conferendi ...

... inhibendo ... Epis. ... archidiacono scolastico ... cantoribus custodibus capitulo canonicis et personis

... procurator predictus illud noluerint acceptare ... quoquomodo presumat ... irritum ... beneficium huiusmodi quod

... supradicti eidem ... conferas et assignes ... per te vel alium seu alios prefatum Georgium vel procuratorem suum

... dictum Georgium vel dictum procuratorem pro eo ad huiusmodi beneficium ... et ... ac admitti ... de illius fructibus redditibus

... compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et statutis et consuetudinibus ecclesie in qua beneficium

... Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus specialibus vel

... vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus preter beneficium huiusmodi auctoritate nostra ... prefatum

... beneficiorum premissorum generalem. Seu si Epis. ... decanis archidiaconis scolasticis cantoribus custodibus capitulis canonicis

... vel provisionem aliorum minime teneant. Et ad id compelli aut quod interdici suspendi excommunicari non possint ...

... dispositionem communiter vel separatim spectantium ... valeat providere per litteras apostolicas non facientes plenam

... indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam ... non expressam vel totaliter non

... sit in ... mentio specialis. Aut si dictus Georgius ... non fuerit ad ... de ... [illegible]

... absentia sua per procuratorem ydoneum ... ad ecclesiam ... accesserit corporaliter illud ... Seu

... collationem provisionem ... seu ... alium dispositionem ... [illegible]

fol. 228.

